J. Benjamin 4/26/46. Ch: Lewis

PARA

PHRASIS, IN NONVM LI-
brum Rhazæ Medici Arabis clariſſ. ad Regem Almanſorem, de ſingularũ corporis partium affectuum curatione, autore Andrea Weſalio Bruxellenſi Medicinæ candidato.

Louanij ex officina Rutgeri Reſcij.
Menſe Februar.
1537.

ORNATISS.

VIRO D. NICOLAO FLORENA ti, inuictiss. Caroli Cęsaris Medico peritiss. Andreas Vesalius Bruxellensis. S.

REcte nimirum veteres nõ parum interesse iudicarũt, vir doctiss. qua quis ratione in artibus ac scientiis versaretur, hoc est, exactãne in illis seruaret methodũ, & a primis ad secunda, ac sic deinceps ad proxime sẽper consequẽtia debito transiret ordine, an vero prout vnũquodq; se casu obtulisset, ita vel primum, vel secundum ab eo haberetur. Quod cum tu minime ignorares, meque aliquot ab hinc ãnis, Medicinæ studio operam daturum intelligeres, operæ pretiũ fore duxisti, pręclarissimã quandam lõgeq; vtilissimã studẽdi in arte Hippocratica mihi præscribere rationẽ, cui quidẽ sũma, qua potui, diligentia semper insistens, mirę dictu, quãto meo cõmodo, nullisq; adeo ambagibus, ad eam tandẽ peruenerim Medicinæ partem, quæ curatiua dicta cæteris,

cum ob hanc & illæ discantur, tum præstãtior est, tum ad vsum longe etiam accommodatior. Atq; hic adeo multum mirari cœpi communem nostri temporis plurimorum Medicorum in abigendis morbis rationẽ, tantum a Græcorum, doctissimorũq; hoĩm modo euariatã, ac barbarorũ, Arabũq; perpetuo (prope dixerim) vestigijs tam pertinaciter inhęrentem. Vnde nec abs re fore duxi, ne quid illorum omnino nos fugiat, vna cum Græcis (quos tuo exquisitissimo iudicio semper præferre consueuisti) Arabes quoq; hac in parte paulo diligentius conferre. Hanc etiam rationem excellẽtissimi Parisienses medici suis tyronibus plurimum commendarunt, sic fore sperantes, vt propediem, vetus illa, & ab Hippocrate autore profecta ἰατρικὴ, magna cum mortalium vtilitate, prorsus reuocata, passim vigeat, sumpto paulatim artem hanc exercitantium opera, incremento. Cum igitur sic tuo & meorum clarissimorum præceptorum consilio obsequutus, Rhazen ex alijs primum in manus sumpsissem, ac maiori cũ studio ad Græcorum

corum ſcripta, tanquam ad lapidem Lidiũ, examinaſſem (eum namq; inter reliquos ſuę gentis in curandi artificio primas tenere, a præceptore meo D. Iacobo Syluio eruditiſſ. ſane Medicę artis profeſſore ſubinde audie ram) ita profecto placuit, vt dignum cenſe rem, qui ſordibus ereptus, & elegantiori la tini ſermonis cultu circundatus, a delicatio ris quoq; auris lectore reciperetur, maxime quod omnes fere locales morbos in tam exi guo opuſculo perſecutus ſit, quodq; non niſi in pauciſſimis a Grecorum decretis declina rit, vt hinc etiam quidam adſtruere ſint co nati nonum hũc Rhazæ librum e Græca in Arabicam conuerſum linguam, ac ſic dein ceps Rhazæ nomen illi præfixum. Sed ma nifeſte reclamare videntur, tum incognita Græcis medicamina, tum ipſe dictionis fty lus & character, adeo horridus & incultus, quemadmodum eſt Arabum vniuerſus, vt nihil omnino cum Græcorum illi concinni tate & elegantia conueniat, nec perinde fa cile, aut in Græcum, aut in Latinum ſermo nem tranſfundi ſe ſinat. Atq; hæc cogitanti mihi,

mihi, sæpiꝰ in diuersa distractus est animꝰ, nunc quidem ad hoc vrgens, vt quod æquũ iudicassem, id ipsum aggrederer, nunc vero rei difficultate perpensa, ab hoc ipso rursus deterrens. Nam præter ea quæ dicta etiam nunc sunt, nonne vel molestissimum est, tot medicaminũ, aliarumq; vocũ interpretationem, ad susceptum negotium omnino necessariã addiscere? Siquidẽ pauca admodum in eius libri translatiõe remedia inuenias, quę non vel vitiate scripta, vel obscuris quibusdam, aut etiã Arabicis dictionibus appellata sint. Sed vicit tandem publica vtilitas priuato commodo (si modo laborum fuga cõmodum dici meretur) longe semper antefe renda. Neq; vero parum subsidij polliceri videbantur, qui difficillimæ simplicium medicamentorum scientiæ instaurationi incubuerunt, quod ferme duodecim iam annos fœliciſſima quæq; Medicorum ingenia, nec infœliciter tentarunt, vt perrarus admodũ alicuius nominis Medicus extiterit, qui non aliquid posteris, quod ad hanc scientiam pertineret, relinquere sit conatus. Huc enim

enim ōnes tam nobis exoptādis ſudoribus contendebāt, vt videlicet pharmacopolarum officinas barbaris vocib°, ne dicā falſis pharmacis infertas, priſtinę integritati reſtituerent. His igitur motus cauſis, atq; horum adeo exēplo Rhazę verſionem caſtigare aggreſſus ſum, vt & immenſo labore cæteros Medicinę cādidatos liberarem, & ipſe poſt hac autor ad hominū manus emendatior peueníret, repurgatis non ſolū medicamētorꝫ barbaris, latiniſq; auribus incognitis vocibus, ſed tota etiam oratiōis ſerie in melius cōmutata, vt quæ prius ſqualida & inculta eſſent, nec propter obſcuritatē ꝑcipi poſſent, nunc quatenus fieri poſſit, & res ipſa ferat, ſplendeāt, minuſq; adeo lectori negotiū exhibeāt. Verum nec hic quidem (quod forte ab interprete deſideraretur) verbum ſemper verbo reddere conatus ſum, imo potius paraphraſtem egi, libere, quæ ad rem neceſſaria iudicaui, ſubinde adñciens, & quædam fuſiore, quæ nimirum obſcuriora viſa ſunt, oratione explicans. Vnde etiā vereor nr̄as lucubratiunculas a quorundam vitilitigatorum

torum morſibus tutas minime futuras, vt qui nihil a ſua horrida barbarie emutatum enouatumq; velint, nec quicquam, quod ipſi non didicerint penſi habeant, repertis enim frugibus, glandem defendunt, nec cum Gryllo in hominem redire volunt, ne aliquando faſtuoſa illorum inſcitia vulgo turpiter innoteſcat. Quocirca vir præſtantiſſime, primum hũc iuuenilem conatum, tua nominis celebritate commendatum, æditionis aleã ſubire volui, vtpote melius, ita a calumniis tutum fore ſperans. Siquidem tuam ſingularem in Græcorum & Arabum ſcriptorũ Medicinæ cognitionem, & raram ac inauditam philoſophicarum rerum ſcientiam, reliquaſque præclaras animi tui dotes, tales alienæ virtutis oſores reueriti, priſtinæ Hippocraticæ artis ſtudioſorum conatibus, male obloqui ac detrahere deſinent. Tibi autẽ eũ debeo, quod ſummus ad Medicinam, & ad alias meliores diſciplinas, mihi autor extiteris, nec adhuc ceſſes, ſubinde me doctiſſimis tuis literis ad ea ſtudia incitare, tuoq; patrocinio (quo vbique plurimũ vales) a-

pud ali

pud alios prouehere. Rogo itaq; vt hoc meorum ſtudiorum pręludium, hilari atq; exporrecta fronte, cõtra iſtos male feriatos defendendum ſuſcipias, ac per ocium quid in eo præſtiterim videas, donec maiora & tuæ excellẽti doctrinæ digniora parauero. Vale vir literatiſſime, et nro Impatori Auguſtiſ. Carolo, quo hoc preſerti tẽpore carere orbis Chriſtianꝰ nõ poteſt, diu fœliciterq; viuito. Bruxellis Cal. Feb. An. M. D. XXXVII.

¶ Iodocus Velſius Hagienſis.

Noſtros docta iuuant, placuerunt barbara quõdam,
Hoc Arabum dictat puluerulenta cohors.
Inter quos topici Rhaẓes medicamiuis autor
Emicat, excellens utilitate ſua.
Sed male quod uerſus, patria cũ gẽte legatur,
Diſplicet, at poſthac gratior extiterit.
Quod tibi Veſali merito tribuiſſe queamus,
Laus te certa manet, tu modo perge, ſequor.

PARA

PHRASIS, IN NONVM LIbrum Rhazæ Medici Arabis clariſſ. ad Regem Almanſorem, de ſingularũ corporis partium affectuum, curatione, autore Andrea Veſalio Bruxellenſi Medicinę candidato.

¶ De capitis dolore. Caput. i.

Ex ſanguine.

QVando capitis ardori eiuſdem tenſio & grauitas, oculorumq; ac faciei rubor affuerint, & reliquum corpus tactu calidum, pulſuſq; magnus præcipue in temporibus ſentiatur, humeralis vena partis dolentis, aut eius, quam potiſſimum dolor exerceat, ſecanda eſt. Deinde aqua roſacea vna cum aceto ac oleo roſaceo ſumenda, quæ ſimul tamdiu, donec debitam craſſitiem recipiant,

plant, agitentur, dein niue, aut fonte refrige rata, capiti ab alto sunt infundenda. Aeger autem a carnium esu & vino arcebitur, cæterum lentes cum posca & croco decoctas, aut lenticulam solam aqua incoctam, & olera frigida, uel elixa, vel cruda, & infrigidantes fructus, edat. Aluum porro ex myrobalanis citrinis, prunis, tamarindis & saccaro albiss. ducere expedit. Verum si hæc inefficacia sint, althęæ semen aceto infusum, donec iustam viscositatem obtineat, pistillo contundito, ac in emplastri formam capiti applicato. Quinetiam ex herbæ pulicaris semine aceto macerato, vtiliter catapla-

Ob bilis copiam.

sma capiti induces. Si iam comprehensis notis pulsus veloces adsint, tactuq; ingens percipiatur calor, nullo tamen rubore facies, aut oculi suffundantur, neque vlla notabili tensione laborent, statim inter initia ventrem medicaminibus bilem flauam purgantibus soluere, deinde commemoratis localibus præsidijs vti, consiliũ est. Verũ naribus oleũ violarũ, aut cucurbitę domestice, aut nymphęę, aut flor̃ salicũ infundes, & ho

& horum oleorum ſingula per ſe niue refri-
gerata, ab alto capiti iſtillabunt, et æger pau
lo ante cõmemorata victus ratiõe cibabitur.
Odorabit vero camphoram, aquam roſaceã,
ſalices, violas, & quæ his refrigerandi facul
tate reſpondent. Quod ſi poſt horum vſum
morbus plurimum inualuerit increueritq;,
ſumito opij & camphoræ ſingulorum pon-
dus duorum granorum hordei, ac oleo ſalicũ
læuigata, auribus & naribus immittito.

Ex pituita. Porro ſi graui capitis dolori nihil eorũ,
quæ de ruboris ſuffuſione dixi in facie, aut
oculis conſpiciatur, morbuſq; in vetuſtatem
protractus fuerit, inter initia leuioribus pur
gantibus auxilijs tentatis, venter catapotijs
coccijs a grani (quod Græci κόκκον appellãt)
magnitudine ſic vocatis, ducẽdus eſt. Quo-
rum compoſitionem ipſe in hunc modũ in-
ſtitui. Pulueris picræ drachmæ decem, cu-
curbitæ ſylueſtris drachmæ tres cum ſcru-
pulo, ſcammonij drachmæ duæ cum ſemiſſe,
Nim e 2. ithymali pes. n Species
turbit, ſtichados ſingulorũ drachmę quĩq;,
rediguntur hæc in catapotia, quæ decem di
ſtinctis vicibus in robuſtiſſimis corporib⁹

por

porriguntur, cæteris autem pro virium ratione. ⊢ Quoniam autem præsens compositio, propositi noni libri commentatoribus suspecta est, existimantibus interpretem loco duorum scrupulorum cum semisse scammonij, vertisse drachmas duas & semissem, huic loco Galeni compositiõem catapotiorum ex aloë, interscribendam putaui. Habet autẽ ea libro primo secundum locos in hunc modum. Cucurbitæ syluestris pars vna, aloes & scammonij, singulorum duæ. His ego, scribit Galenus, absinthij succi partem vnã admisceo, antea vero mastichen quoq; chiã, et bdelliũ indidi. Sic etiam Quintus vtebatur, Galenus & Alexander cotoneorum succo hæc excipiunt, Paulus aqua, Oribasius brassicæ succo. Ac quia huiuscemodi catapotia instar grani ciceris finguntur, a multis coccia quoq; appellata sunt. Dantur Galeno & Paulo vndecim, Alexãdro quindecim. ⊣ Post deiectam autem aluum, capiti oleũ sambuci & glandis vnguentarię infundendum, idem auribus quoq; & naribus immittendũ est. Ad hęc ęgro odoris gratia confectio

Alia tamen Me. & Ni.

† Pastilli sunt ex oriente ad nos adue cti.

† gallíæ moſchatæ appellata, naribus obij-
cienda, & moſchus narium foraminib⁹ in-
ſpirandus eſt. Cæterum ſi malum multum
incrudeſcat, moleſtetq;, ſumito euphorbij et
caſtorei vtriuſque ſeſquiobulum, & in olei
ſambuci momento ſolutum, naribus & au-
ribus inſtillato. In vehemẽti capitis dolo
re, qui cum æſtu eſt, emplaſtrum infra ſcri-
ptũ, capiti & fronti vtiliter applicabis, Em
plaſtrum ad ingentẽ capitis feruidũ crucia
tum. Accipito lactucarũ ſemen, glaucij pre-
parati ſuccum, † lignum quod ſandalum ap
pellamus, & rubrum, & album, nucẽ Indi-
cam, roſas, opij momentum, his aceto & ro-
ſarum aqua conſperſis, ac maceratis, infor-
mato emplaſtrũ, & fronti ſuperinducito, de-
inceps illi conduplicatã faſciã, aceto & roſa-
cea aqua imbutã, ſuperponito, eacq; exiccata
rurſus aliam huiuſcemodi refrigerãti liquo
ri intinctam, illigato. Linimentũ diſcu
tiens & digerens, ad dolorem qui cũ frigore
eſt, efficax. Caſtorei, euphorbij, piperis, ſina-
pis, ſtyracis, rutæ, marubij ſingulorũ æquæ
portiones, hæc exiccata, & in puluerẽ ſub-
acta.

† Veteribus incognitum.

acta,& per cribrum secreta cõmisceto, atq; illis vino veteri consperſis,informato pastil los ad solem exiccandos , ac quãdo vſus po ſtulauerit,vno illorum vino veteri, aut oleo costino chamęmelinoue detrito, frõtẽ et tẽ-pora idẽtidẽ ilinito. Vel vnũ i minori liquo ris portione dissolue,ac instar emplastri frõ ti subinde inducito. Hoc enim linimẽtum, seu emplastrum,oi vetusto capitis dolori est ©ß accommodatissimum,nõ modo fronti ac temporibus admotum, sed etiam in aurem quoqß indãtũ,præsertim si in aliquo iã com prehensorum oleorum dissolutus pastillus fuerit. Aegrotanti vero vinum vehemẽs ac vetus,circa mali declinationẽ,non tamen af fatim præbeto. Cęterum quando ingens ca pitis dolor,septimanam totam perdurans, hominem affligit,in laconicum primã bal-nei domum , aut balnea aquarum medica mentosarum exiccandi vi prædita rum , æ-ger deducendus est, ac capiti infundenda a-qua,in qua chamęmelum,& sampsuchus,& stichas Arabica seu Gallica , & serpillum, simul omnia,aut singula per se ebulierint.

Porro

Ob vētriculi vitiū.

Porro si caput indies ante cibum indoluerit, ac post ingestos cibos conualuerit, laboranti, ante tempus, quo corripi consueuit, succurrendum est, exhibendo panis offulas, succo mali punici, aut immaturæ vuę, aut alijs virtute his paribus, immersas.

Ex īsolatu.

Si dolor capitis ob diutinam in sole morā, concitatus fuerit, huic facile aceto & rosaceo bene refrigeratis, subuenire poteris. at si dolor his nō remittitur, alijs intensius refrigerantibus propellendus est. Quod si præterea ingens capitis dolor perseuerat, ac intenditur, neq; ullis præsidijs cedit, sitq; metus ægrum visu priuatum iri ob fluxum humorum in oculos, arteriæ, quæ per tempora repunt, opportune iucidūtur, ac manuali arte laqueis interseptæ, euelluntur. Verum postremum illud preter præsentis libri institutum, hoc in loco tractatur.

In fine .23. methodi & apud Paulū li. 6. ca. 4.

De uertigine quam Græci σκότωμα uocant. Caput .ii.

A sanguinis copia.

Cum alicui ea quæ foris sunt, in gyrum circumagi videntur, & oculi tenebris obru-

obruuntur, & concidere æger vult, quum& eodem tempore, quo ſcilicet malo ęgrotus tenetur, facies & oculi rubore ſuffuli ſũt, ac venæ poſt aures reptantes ſanguine turgidę cernuntur, eas tum incidere cucurbitulaſq; collo & tibijs agglutinare expedit. Cæterũ ſi hæ venæ inconſpicuę lateãt, facieſque rubore ſuffundatur, ex axillari ſanguis minuendus, & cucurbitulę tibijs affigendę ſunt. In vtriſque autem his vertiginis ſpeciebus iam cõmemoratis, ad repellendum humorũ affluxum, capiti roſaceum cum aceto eſt infundendũ. Ventrem vero myrobalanorum citrinarum decocto, ſuperius ad capitis dolorem inſcripto, dejcere vtile eſt. Porro quum neque faciei oculorumque rubor, neq; febris, vertiginoſis adſunt, perpendendum eſt, an ne oris vẽtriculi euerſio, an nauſea hominem infeſtet. Quę ſi ægrotanti affuerit, primũ vomitum leniter irritato, deĩde quãtitatem coccijs catapotijs pręcedenti capite deſcriptam præbeto, & a frigidioribus ac pituitam coaceruantibus cibis ægrotantem arceto. Verũ ſi neq; oris vẽtriculi ſubuer

ſ Galen. arterias ſ terſecato.

Ob ſtomachi vitium.

Expro. pria cere bri pitu ta.

ſio, neque cibi faſtidium adſint, nullæq; ca-
loris notæ appareant, aluum ſubinde cata-
potijs coccijs ſoluito. Cibos ad hæc frigidos
omnino ęgrũ auerſari iubeto, & gargariza
tionẽ, quę elicięde pituitę ſit, pręparato. Na
ribus itẽ portionem aliquam inſcribendo-
rum ad attonitum morbũ, vt ſtruthij pulue
rẽ inſpirato, quo caput & calefacias, & ſter
nutationes irites. Nec inutiliter quoque
ad eundum vſum, caput excalefacientibus
vnctionibus vteris.

¶ *De phrinitide. Caput. iiij.*

Paulꝰ & Alex. acuta habẽt.

QVando febris ℞ continens homoro
nos ægrum iuuadit, vna cum vehe
menti capitis & oculorum grauitate, prete-
rea ſi multus rubor faciei & oculorũ, & do-
lor diſtendens capitis, & horror quidam lu
cis, pulſuſque ſolito velocior ac frequentior
adfuerint, phrenitidis futurę certiſſima in-
dicia adeſſe iudicabuntur. Si autem ad hęc
lingua aſpera & nigra, vel ſuppallida fiat,
perturbeturq; adeo intellectus, vt æger mẽ-
te alieneiur & deliret, multiſq; vigilijs ex-
crucietur, phrenitis perfecta putabitur. Ae-

gro

gro itaque priuſq; enarrata illa ſymptomata omnia concurrant, venæ ſectione, ac ventris ſolutione, ex fructuum videlicet myrobalanorum, tamarindorum & prunorum ſucco ſuccurrendum eſt. Alimentum autem eius, ſit aqua cum hordeo elixa, eaque ſemel, aut bis in die propinata, pro conſuetudine, quam dum ſanus eſſet, habuit. Capiti quidē acetum cum roſaceo ab alto, ad compeſcendum humorum impetum, infundatur. Cęterum ſi ægrotantem crebræ vigiliæ vrgent, ſumito violarum exiccatarum, corticum papaueris albi, hordei corticibus liberi, ſeminis lactucarum, radicum mandragorę, ſingulorum tantum quantum manu vna apprehendere potes, & ſimul in æneā olla quā aqua impleueris, tantiſper dum aqua rubeſcat, decoquito. Deinde aquam iam tepidam capiti inſtillato, & ſit caput ad peluim, inquam aqua recipiatur, inclinatum. Item deinceps huiuſcemodi decoctum, in æneo vaſe ad ignem modice recalefactum capiti ſuperfundito. Hoc ſane ſingulis diebus crebro factum, magnum leuamentum ęgro adfert.

Vt plurimū ex ſanguinis inuinentę.

Caput præterea oleo violaceo muliebri lacte contemperato, irrigandum, quo etiam lana mollis imbuta, capiti applicanda est.

Rō mittē di sangui nis.

Porro si ægri vires inter morbi initia validę constantesque esse conspiciātur, sanguis protinus è cubito mitti debet, & is copiosior. At si manum desipiēs non porrigat, metusque sit secundum vacuationē sanguinis profluuij, recta in frōte vena diuisa, vna vice quod satis est auferemus. Si vero vires lāguidę dissoluęque sint, aliam curandi rationē, qua morbū depellamus, aggrediemur.

¶ *De apoplexia. Cap. iiii.*

SI aliquis ueluti sopore opressus decumbit, & sine somno naturali stertit, cūq; pungitur non sentit, certum est eum apoplexia teneri. Est sane huius morbi magnitudo ęstimanda, secundum quod fortiter, aut debiliter stertit et respirat ęger. Quum itaq; illi ob summam spirandi difficultatem, spuma ab ore prorumpit, nullis remedijs ipsi subueniri potest. Verum si leniter stertit, et liberius ęger respirat, morbus lenior mitiorq;

orq; exiſtit. Preſens quidē affectus, aut mox opreſſum iugulat perimitq;, aut ſolutus, in neruorum reſolutionem deſinit. Quo circa his ſymptomatibus ægrotantem affligentibus, conſiderandum eſt, an ægri facies multum, aut cruenta, aut liuida, aut ſubuiridis fieri incipiat, vti euenire ſolet, ſanguīe in mē bro aliquo vinculis, aut quauis conſtrictiōe retento. Siquidem tunc ſanguinem ilico ex duabus venis iugularibus, aut duabus humeralibus inciſis, minuere opportunum eſt.

A ſanguinis copia

Porro ſi ad hunc modum res ſe non habeat, ſed dum æger aërem inſpirat, auditur in thoracis, & aſperæ arteriæ capacitate aëris ſonitus & murmur, tum hic clyſter vtiliter ei infundetur. Accipit autem, cucurbitæ ſylueſtris, cyclaminis, centaurij minoris, alterius cyclaminis ſpeciei, helleborī albi ſigulorum tantum quantum manu vna comprehendere potes, omniaq; ſimul trib⁹ libris aquæ, ad duarum conſumptionem decoquūtur, deinde per colum tranſfunduntur, atque ex huius decocti ſemilibra, clyſter in anum inditur, qui ſi cito ab ano clapſus fuerit, rurſus

A pituitoſo humore.

Aeriſis, fuſio.

ſus repetit⁹, ac donec humorum copía vna cum eo clyſtere deijciatur, infunditur. Narí bus adhæc ſtruthium, & veratrum albũ de tritum, leni ſpiritu crebrius inſpiretur. Eſt pręterea ore per vim aperto conandum, vt anacardinam confectionem cum muſſa, per os ad ventriculum ſubínde ægrum degluti re procuremus, atq; eius negotij ſingulis dí ebus ſollicitudo habenda eſt. Medicamenti autem pondus erit ſeſquidrachma potui oblata. deſcriptio vero eius medicaminis capi te de neruorum reſolutione habetur. Frixorium quoque ferreum candens, capiti identidem tam prope admouendum, vt capilli etiam ægroti aduri videantur. Cæterũ ſi his rationibus affectus non diſcutitur, in medicãdo maiorem operam nauabimus, etenim caput rademus, & ſinapi trito, & caſtoreo acetoq; acerrimo, oblinemus. In priori quidem propoſiti affectus ſpecie, poſt detractum ſanguinem fortiter brachia intercipere iuuat, inijciendo ſcilicet vincula brachiorum parti, qua cum ſcoptulis illis articulatio eſt, ſimiliter & tibiarum partes

gra-

graciliores vinciri ex vſu eſt. Quinetiam ad reprimendum ſanguinis affluxum, qui huius affectus autor eſſe conſueuit, caput roſaceo oleo & aceto ex vino præparato, perfundere præſtat. Præterea venam, ad ſanguinis reuulſionem, in pedibus ſecare, deinde diriuandi gratia, eam quæ in narium extremo apparet, incidere conducit.

¶ De † *lethargo* . Cap. v.

† Alij ſubeth, altiſſoporē interptātur.

SI quis cum profunda animi in ſomnū delatione iacet, & tamen ſi vrgeatur ſentit & mouetur, verum oculos ſemper occluſos habet, quos tamen ſi altius illi inclametur, aperit, atq; ilico ſopore oppreſſus occludit, is lethargo phrenitidi contrario vitio laborat. Quem affectum clyſteribus acribus, ſupra capite de apoplexia deſcriptis, curare profuerit. Ori quoq; laborantis mulſa infundenda, quam vt per fauces dimittat, ſolicitare oportet. Siquidem ea ægro alimenti loco præberur. Caput ad hæc tribus primis diebus, aceto cum roſaceo irrigabitur. Verū poſt tertiū diē ſternutatiōes, ſtruthij et veratri albi puluere inſpirato irritabim⁹.

Paul. & Alex in lethar. ſecāt uenā.

Caput

Caput quoq; non inutiliter rademus, & sinapi cum aceto & castoreo perfricabimus. Caro autem cum fere eandem ipse cum lethargo causam nanciscitur, eadem præsidia accommodare expediet.

Ex pitu. cerebrũ ſbuente.

¶ De *congelatis, quibus semper oculi inconniuentes manent.* Cap. vi.

Ob refrigeratũ corporis habitũ.

CONgelatum ac rigidum merito aliquẽ iudicabimus, quum quasi in somnum solutus decumbit, nec ab assidentibus incitatus mouetur, & licet oculi patent, cilia tamen eius immota ac rigida permanẽt. Subueniendũ vero huic malo medicamentis lethargo, & graui somno dicatis. At præterilla, oleum sambuceum capiti infundatur, in cuius singulis libris, vncia euphorbij adiecta sit. Præterea caput ipsum ex castoreo & euphorbio in oleo sambuceo læuigatis, illinatur.

A plurimãlis facultatis duct⁹ occupãte.

¶ De *neruorum resolutione, quæ παραλυσις dicitur.* Cap. vii.

QVum aliquis ad motum omnino impotẽs est, ita vt vnum, aut plures artus

artus commouere minie queat, ſicq; vna ipſo rum ſenſus abolitus fuerit, illum reſolutione vnius, pluriumue artuum tentari pronuncia mus. Huius quidem mali curationem catapotiorum fœtidorum a me compoſitorum oblatione auſpicabimur. Ea accipiunt puluc ris hierę picræ drachmas decẽ, ſyluęſtris cu curbitæ carnis interioris drachmas quinq;, euphorbij drachmas duas cum ſemiſſe, caſto rei, piperis, ſucci Cyrenaici, ſagapeni, opopa nacis, ℈ thapſiæ Indicę, ſinapis ſingulorum drachmam vnam, centaurij minoris, ſucci cu cumeris agreſtis vtriuſq; drachmas quinq;, gummi rutę ſucco diluitur, quo alia excepta in catapotia digeruntur, quæ decem doſib⁹ exhibenda ſunt. Quorum vna portione deuorata ℈ triduum a medicaminum vſu æger conquieſcẽt, ac eo tempore cicerum decocto, & oleo, & ſinapi enutrietur. Poſtea alteram doſim aſſumat, huic vbi tertia ſucceſſerit, aliquantulo temporis interuallo ad vires recolligendas, a medicamentorum vſu æger abſtineat. Cibi conueniunt ſpeciebus calidis, & incidẽtibus ſeminibus cõditi ac prę-

℈ Seitaragi Mar. iter. lepidion.

† Aliqui 3. hebdomada ſcribi volunt.

para

parati, cuius notæ est piper, & huic calidita-
te paria, & caro minutim concisa, & in frixo-
rio frixa, vel alioqui alij ad cõcoctiõem ex-
pediti, nec recrementicij. Potus autem mul-
sa sit. Iam membra quoq; resoluta, oleo co-
stino vtiliter inunguntur. Quod recipit, co-
sti vnciam vnã, piperis, pyrethri, euphorbij,
singulorum tertiam vnius vncię partẽ, casto-
rei semunciam, oĩa in semilibra † olei violæ
luteę, quæ antiquis parietibus increscit, aut
olei narcissi læuigant, atq; ita mẽbris defi-
cientibus inuncta, multũ iuuant. Porro die-
bus singulis, quibus a catapotiorũ supra de-
scriptorũ vsu, æger liber est, exhibẽdæ sunt
drachmæ duæ subsequẽtis confectiõis, quã
ab anacardi cuiusdã arboris Indicę fructu,
anacardinã appellãt. Zingiberis, pyrethri,
nigellæ, piperis nigri, piperis lõgi, seminis
petroselini Macedonici singulorũ drachmæ
viginti, myrrhę, rutæ siccę, liquoris Cyrenai-
ci, aristolochię, baccarũ lauri, castorei, thapsię
Indicæ, sinapis, gẽtianę, singulorũ drach. v.
anacardorũ in aqua maceratorũ cremoris, q
ob pollentem dulcedinẽ, mel anacardinum
dicit

† Alcher
mes. j. ricini
fruticis.

dicitur, drachmas .v. irrorentur omnia oleo nucũ, & melle decocto ac despumato excipiantur. Medicamẽ hoc neruorum resolutiõi, apoplexiæ, oris contorsioni, tremori, alphis tum albis, tum nigris, scorpionum ictibus, conuulsioni, quæ humiditati fertur accepta, & in summa, omnibus frigidis affectibus, ꝙ maxime accommodum censetur. Siquidẽ hoc medicamenti genus, statim atꝙ duorũ denariorum quantitate deuoratum est, sudores elicit, febrimꝙ sua mirifica calefaciendi potentia, ægro conciliat. Verũ si forte propinatum, ęgrotantẽ sanitati non restituerit, ab oĩ medicamine ipsum abstinere, ex vsu erit, interim tñ victus ratione (quæ cũ studio adhiberi debet) exacte instituta. Deinde rursus viribus recollectis, ad mali curationem properabimus. Ceterũ si resolutio ex plaga, aut casu ab alto, aut incidente quopiã corpore, subito facta sit, oĩ curationis spe adempta, affectus (vtpote neruo, aut musculo, aut tendõe per trãsuersum disrupto) incurabilis ꝑmanebit. Si vero nõ subito malum ex his causis excitatum sit, sed processu temporis paulo

Abexterpacã.

paulatim & pedetentim augeatur, tum loco læso emplastrum hoc adhibeatur, quod recipit, farinã fœnogræci, glandẽ vnguentariã, nucleos ceraſorũ ſylueſtriũ, & domeſticorũ, ſemen ricini fruticis, bdellium, ammoniacum, adipem anatis, ceram, oleum liliĳ, & ſimul omnia contuſa & commiſta, in formam emplaſtri rediguntur, quod læſæ parti induci tur.

¶ De ſtupore ac tremore. Cap. viii.

Stupor, a frigido ſucco.

SI quis aliquod ſuorum membrorum ita affectum ſentit, vt ſæpe pedes noſtri afficiuntur dum obſtupeſcunt, partem eam ſtupore implicitam affirmamus. Quoniam aũt diſpoſitio hæc ſi longius prorogatur, in reſolutionem tranſit, eius curationem haud diferem⁹. Subuenit itaq; huic malo, plurimũ, remedĳs, & victus ratione neruorum reſolutioni dicatis, priuatim vero coſtini olei inunctione. Verum ſi affectus inueterauerit, æger catapotĳs fœtidis purgabitur, & eius intemperies anacardini confectionis vſu, rationeq; victus calidiore & ſicciore, ad temperiem

periem reducetur. Cęterum tremori eisdē præsidijs, quibus stupori succurris, subueniendum est. At si ex liberaliori vini vsu obortus is sit, æger sibi a vino temperabit. Similiter si ex aquę e niue solutæ potu, in hunc affectum inciderit, ab ea quoq; abstinebit, ac in laconicum primam balnei domum valde calefactam, quousq; sudor copiosus erūpat, properabit, aut balneis aquarū naturaliū opportune vtetur, atq; crebro in sole vtiliter apricabitur.

Tremor, ab eadem cā sę minori.

¶ De oris distortione Cap. ix.

ORis conuulsione aliquem affligi testamur, si quando illi os ad alterū latus contorquetur, & oculum ad quem illud conuellitur, occludere nequit, pręterea si expirare iussus, flatꝰ ab altera tantū parte prorumpat effleturq;. Curationē vero eius alui deiectione per catapotiorū fœtidorum propinationem, aggrediemur, & cibum ægrotanti, & potū incidentē, ac calefacientem, vt capite de neruorum resolutione persecuti sumus, instituemus. Item indies mane priusquam cibum

Ob pituitę infarctionē

cibum æger capiat, ex ſinapi & ʒſyrupo ace toſo, gargarizationē porrigemus. Et in tene broſam domū deducto ægro, iubebimus, vt nucē myriſticam parte ea qua affectus eſt, ore retineat. Narib⁹ etiam ad iritandas ſter nutationes, ſtruthium derritū inſpirabim⁹. Pręterea oleo coſtino ęgri ceruicis vertebras & faciē, & frontē pungemus. Adhæc ſingu lis dieb⁹ anacardini cōfectiōis ſeſqdrachmā, nō inutiliter æger aſſumet. Quod ſi his re- mediis affectus nō cedit, ventris ſolutionē, ac plane eandem, cū iam comprehenſa, cura tionē repetemus. De ea porro oris cōuul ſione, quę nō ſubito, ſed paulatī oritur, haud quaq̄ mihi ſermo eſt, ſiquidē huiuſcemodi nō niſi in pernitioſa phrenitide, aliiſq̄ mor- bis acutis, morte iā imminēte, inuadit ægro tantē, atq̄ tūc ea ex ſiccitate originē ducit.

¶ De conuulſione, quam σπασμὸν Græci uocant. Cap. x.

CVm cuipiam particula aliqua contra- cta ad ſuā conuellitur originē, ſiue quā plures ex inſtrumentariis partibus ita affici untur, conuulſas eas eſſe iudicamus. Cōuul ſio au

sio autem omnis, aut statim, aut pedetentim apprehendit. Conuulsioni quidē subito exorienti, eadem curandi ratio, quam resolutiōi ex vsu esse præcepimus, adaptanda est. Priuatim tamen in hac, partim pluribꝰ manuū frictionibus, partim frequentiori olei costini inunctione vtimur. Quæ vero non repente inuadit, sed lente aridam æstuantemque febrim, aut largas deiectiones, aut copiosum vomitum, aut ingens sanguinis profluuiū, aliamue magnam inanitiōem, aut ariditatē, subsequitur, mala est, atq; ad curandū contumax conuulsio. Nihilominus qualiscūq; sit morbꝰ, eius tñ curam aggrediemur, ac ęgro hordei decoctū, & iuscula pinguia, emollientiaq;, & frumentaceas sorbitiunculas administrabimus. Ac deinceps in aquæ tepentis solium, ægrotantem deducemus, & egelido oleo violaceo, & oleo ex semine cucurbitę domesticæ, neruorū maxime exortus conuulsione implicitos, inungemus. Præterea vt solio diutius immoreť, oleoq; violaceo illinať, hortabimur, ac vinū modicum perq; aquo tū bibat, cibisq; humidioribus sese enutriat.

Ex repletione

Ex vacuitate

De

¶ De *morbo commitiali* ἐπιλήψια *dicto.* Caput. xi.

MOrbo ſacro commitiali ue quempiam detentum teſtamur, quum in terram ſubito cõcidit, ac quaſi concuſſus cõuellitur, ſed ita vt principis aĩæ facultatis noxa cõcomiteť. Qđ ſi cũ his ĩdicĩjs oris ſpuma, peculiaris admodũ huius mali nota, apparet, aut vrina & ſtercus præter voluntatẽ excernuntur, aut genitura prſlouit, diſpoſitio deterior vehementiorque exiſtimatur. Porro ſi ; ger priuſquam malo corripiatur, præſentit quaſi auram ſeu ſpiritum ex particula quapiam ſurſum ferri, ac caput petere, vnde poſtea viribus diſſolutus cõcidat, neceſſũ erit, ſimulatque auram hanc ſubnaſci ſentiat, antequã in terram collapſus conuellatur, vt eam partẽ a qua aura effertur, ſuperius fortiter vinculis intercipiat ac conſtringat, ſiquidem eo pacto, reuerti acceſſionem prohibere conſueuimus. Conualeſcente itaque ab acceſſionibus ægro, viribuſque recreatis, purgatione ex catapotĩjs coccĩjs ſolicitandus eſt, & pars contagionem impartiens, ſinapi, pipere, euphor

Per cõſortium alicuius particulæ.

phorbio ac melle anacardino inungẽda, tam tisper dum pustulæ oboriántur, & tenui sanie plenę crepent, ac liquor in illis collectus proFluat. Nec cicatrice obducãtur, donec qd quid in illis coaceruatum sit, promaneat, nã hęc huius affect⁹ certissima curatio est. Postremo etiam cucurbitulę cum modica cutis incisione, parti consortiꝙ lege affectum infe renti affigantur. Si autem æger priusꝙ morbus eum inuadat, nauseam, vel vẽtriculi erosionem, palpitatiõemꝙ patiatur, & dein accessio subsequatur, sæpe vomitũ porrectis his, quę vomitibus ciendis sunt idonea, iritabimus, quo facto, vt medicamen amarum in potu frequenter sumat, hortabimur. Ventriculo quoꝙ emplastrum ex spica, rosis rubris, masticbe & thuris cortice, vino odorato subactis, imponendum. Vniuersa autem vict⁹ ratio, ægro talis præscribi debet, quæ sit quamminime excrementitia, qualis est tum caro in frixorio frixa, & ✕ profundioribus vasis incocta, tum auis palatum dentatum habẽs, Arabibus ; taguid appellata, tum aliarum auium in collibus degentium

Ex stomachi vitio.

✕ Manar. vi tratis habet. † Pli. li. 10. ca. 44. diomedeas huius generis aues uocare uidetur.

Ex cerebri pituita.

& hœdorum caro. Porro si ægro sensuum obfuscatio motricisque facultatis imbecillitas ac torpor superuenerint, nullaq; cõmemorata indicia adfuerint, laboranti catapotia coccia subinde sunt offerẽda. Et cibos quoque incidentes ac extenuantes, e quorũ numero ante dicti sunt, præbere competit. Gargarizatio ad hęc, vt & sternutatiões antea cõprehensis iritatę, elciendæ pituitę gratia, haud parum conferunt. Proinde naribus

Ex sanguinis copia,

pæoniæ radicis puluis, atomorũ instar consutus, inspirabitur. Cæterũ si ęger comitiali morbo affectus, faciem & oculos rubẽtes, venasque tumidas habeat, sanguinis ex vena malcolũ interiorem perreptãte extractio, strenue ei auxiliatur. Quinetiã ex suris, appositis cucurbitulis, sanguis nõ inutiliter vacuabit, et caput opportune oleo rosaceo cum aceto irrigabitur. A vino vero, cepis, allio, sinapi, porris, apio, fabis, cãnabi, & breuiter ab his quæ caput vaporem emittẽdo grauant, ac implent, ęger arcebitur.

Electuarium ad omnem morbum comitialem efficax. Pyrethri, seselis, stichados singulo

gulorum drachmæ decem, agarici drachmæ quinque, cardamomi recentis & acuti acrioris ſque, ℈ liquoris Cyrenaici, præſtantiſſimi, ariſtolochiæ rotundæ ſingulorũ ſeſquidrachma, exprimito ex ſcilla ſuccum, ac eum æquali mellis portione commixtum decoquito. illoq; ſimplicibus medicamentis exceptis, formato electuarium, cuius, nucis avellanæ iſtar, cum liquore quopiam medicamentorũ vim ad caput dirigente, indies æger mane, & tribus horis poſt frugalem cœnam, aſſumer, & a craſſioribus cibis interim abſtinebit. Electuarium hoc omnibus morbi comitialis differentijs, probe auxiliatur, ſi modo vnam a GALENO deſcriptam excipias, quæ ſcilicet ex ſanguiſ ducit originẽ, cuius & nos iam ſupra meminimus. Huic ſane ſanguinis primum ex vena interiorem malcolum perreptante miſſionem, deinde ex axillari, præſentaneum remediũ adferre ſæpe vidimus. Victus autẽ ratio hoc malo implicito, inſtituenda eſt, ex his quæ ſanguinẽ minuunt, atque refrigerant. Quocirca carne, vino, reliquiſq; dulcibus abſtinendum,

Hodie officinæ aſſam fœtidã vocant.

& acidorum fructuum ſuccus ad debitã craſſitudinem decoctus, loco potus porrigendus eſt. Itẽ capiti quoq; ea quæ refrigerandi vim poſſident, & alia quæ ſanguinis impetũ reprimunt, non inutiliter ſuperaccõmodabũt.

¶ De *incubone, qui* ἐφιάλτης *Græce dicitur.* Caput xii.

CVm quis in ſomno ponderoſum quiddam ſibi incũbere imaginatur, & vox eius ſupprimitur, aut incerta indiſcretaque editur, incubone correptus dicitur. Cui malo mox per initia ſuccurrendum eſt. Nã ſi diutius ſe progauerit, crebroq; eos p noctẽ opprimat, grauius aliquod nunciatur malum, vt apoplexia, inſania, & morbus comitialis. Quæ enim comitiales interdiu, eadem ephialtici dormientes noctu patiuntur. Proinde ſi ſanguineo colore, ueniſq; turgidis, æger fuerit, ex malleoli vena ſanguinẽ detrahemus, ac ſuræ cucurbitulas cum curtis inciſione, agglutinabimus. Prçterea laborãtem a vini potu, & dulcium ciborum eſu (in primis ab his quę copioſum ſanguinem gignunt) dehortari commodum erit. Si no-

Ex ſanguie.

pituita.

notę contrarię pituitam indicantes adfuerint, aluũ catapotijs coccijs ducere, & ægro victus rationem extenuantem, ac incidentẽ instituere, vtile erit. Exercitia quoq; & inferiorum partium frictiones, haud paruum momentum ad huius morbi depulsionem adferunt.

¶ De *melancholia*. Caput. xiii.

SI alienæ cogitationes absq; euidenti cã aliquẽ occupauerint, & inter cætera animi pathemata, metus, mœsticia, odiumq; hominum præualuerint, illi melancholiæ initium adesse asserimus. Cæterum quãdo malum vsq; adeo inualuerit, vt quæ animo concipit, proloquatur, & sermonem, & operationes inconstãtes interturbatosq; ædat, melancholica quæ apparent signa, eam perfectã esse fatentur. Quem itaq; huiuscemodi vanę imaginationes, & metus, animiq; angustiæ detinent, priusquam increscere, augescereq; cœperint, illi omnino subueniendũ est, quoniam si hæc symptomata excreuerint, difficilem, ac plane cõtumacem curationẽ admittent. Quapropter si melãcholię comites sint

Cura eius quæ per cõ sortium fit,

ven

ventris cruciatus, inflatio, ineptus ac vitiat? color, praua concoctio, vomitus, ructusq; acidi, flatuoſorum ſpirituum copia, & ſpurorũ multitudo, curationem a vena axillaris, aut eius quæ ab ea inter minimum digitum, & anularem ſiniſtræ manus repit inciſiõe, auſpicabimur. Et ſi ſanguis effluens, ater craſſuſq; cernitur, multum ſanguinis, ſin autem tenuis, & boni coloris conſpicitur, minimum extrahendum eſt. Laboranrem vero, his quæ aluum leniunt & humectant, ex quorum genere iuſcula ex carne hœdorum, & veruecum confecta ſunt, nutriri competit, ſtatimque in balneum dulcis aquæ (in quo tamen non diu deſidebit) deducendus erit. Poſt hæc ſubſequenti decocto epithymi a me conſcripto, proſpere vteris. Habet autem ſe in hunc modum. Myrobalanorum Indicarum drachmæ decem, ſiliculæ (quam πολυπόδιον Græci vocant) drachmæ quinq;, ſenæ drachmæ nouem, turbit drachmæ quatuor, ſtichados drachmæ decem, vuarum paſſarum ab acinis mũdatarum tantundẽ, epithymi Cretenſis drachmæ decem, omnia excepto

excepto epithymo in tribus libris aquæ, ad sesquilibræ consumptionem, decoquito. his actis, adijcito epithymum, ac statim ab igne decoctum amoueto, & tãtisper dum refrige retur in eo epithymum madere sinito, & il lis simul refrigeratis manibusq; contritis, ea percolato. Deinde sumito agarici scrupu los duos, aloës drachmam vnam, sacchari se drachmam, hellebori nigri sesquiobolum, excipito hæc melle, aut † iuleb violato, infor matoq; catapotia, ac tribus horis ante deco cti propinationem, pro virium robore por rigito, deinde præscriptum decoctum ægro tanti exhibeto. Postea ℈ triduũ totum ęger ad vires recolligendas conquiescet, ac illis interpositis diebus, quibus a medicaminũ vsu abstinebit, paulo ante dictis aluũ leniẽ tib⁹ cibis, enutriẽdus est, & potui vinũ tenue & lucidũ, bñq; odorũ prębendũ. Dehinc rur sus æger cõmemorata rõe euacuãdus ẽ. Quĩ etiã tertio q̃q; et quarto interpositis intervallis p ĩferiora huiuscemõi purgationẽ molie mur. Interĩ tñ ęgrot⁹ a bilẽ atrã gignẽtib⁹ co hibeat, cui⁹ generis caprarũ magnaq; caro ẽ, &

† Aliq hebdomadas tres scribi volunt

& ferina, & vaccina, & suilla, & sale condi-
ta caro, & caseus vetus, & fabæ, & in pri-
mis lenticula oleraque vniuersa humectan-
di vim nullam possidentia. fugiat quoque vi
na crassa & nigra, exercitia & vigilias, caue
atque ne vel fame, vel siti excrucietur. Sed
his contraria tenue vinum, & frequentes
& diutinos somnos, illi inūgere competit.
Prospicendum etiam lieni his remedijs, quę
in sequentibus, capite de iumescentis sple-
nis pręsidijs, prosequemur. Similter os quo-
que ventriculi corroborādum est medicamē
tis his, quorum mentionē faciam vbi ad ven
triculi affectus deuentum fuerit. Cum au
tem nullum ex his, aut certe pauca, melācho
lię eueniunt, post phrenitidem vero, aut ca-
pitis ictum, aut diutinam in sole moram, ali
quem occupauerit, mox inter initia sanguis
ex humerali vena eliciendus est, & capiti
ijsdem pręsidijs, quę his affectibus proprie
dicata sunt, prospiciendū est. Ad hæc caput,
modice feruefacta aqua, irrigandum, & in-
super oleum rosaceum, aceto ex vino confe-
cto dilutum, ab alto superfundendum. Simi-

Ex proprio cerebri affectu.

liter

liter & lac muliebre capiti ægri immulgeri prodeſt. Naribus quoque oleum ſeminum cucurbitæ domeſticę, & muliebre lac recte īdentur. Quinetiam in balneum, humectandi facultatem poſſidens, ſubinde eger deducetur, & aqua tepens liberaliter capiti infūdetur, & ægrotans omnia odora, frigida facultate prędita, crebro narib⁹ opportune obiiciet. Cęterū ſi paulo ante dictorum me melancholiam nihil concomitetur, in principio vena, quę ex humerali & axillari media eſt, brahij dextri, incidenda erit, & ſanguis præſcripta ratiõe examinandus, atq; eadem, qua diximus medicandi, & alendi ratione, ęgro ſubueniendum. Poſteaquam vero hęc auxilia tentaueris, aliquot diebus ęgrum a medicaminū vſu quieſcere ſines, & deinde recollectis viribus, vt prius curationem, tantiſper dum ab omni malo liberetur, aggredieris. Verū vniuerſum ſtudium, quod in melancholicis conſiderandum exiſtit, eo ſpectat, vt pinguiores corpulentioreſq; crebris balneis potabilis aquę, & victu boni ſucci & humectante, & cum decē-

Vtriq; ī bigentis curatio.

Trib⁹ melā. ſpecie b⁹ coīa.

ti ad

ti animi delectatione reddantur, siquidē illi co, simul atq; pingues obesiq; reddíti sunt, a proposita noxa liberantur. Proínde cibi illis q̄maxime idonei censentur, veruecína caro, hœdína, gallínacea, & panis símilagineus, nam furfuraceus, nulla ratione ijs aptus vtilisue putatur. Vínum autem conuenit tenue ac pellucidum, quoníam crassius nigrumq; illís ineptum est. Præter hęc, lac etiam recen ter emulctum & adhuc tepens his confert, símiliter & saxatiles pisces recentes, & sesa ma saccharo atq; amygdalíno oleo p̄parata. Ad hæc cantilenas, mimosq; ridicularū rerū eos audíre, & alias res præ oculís habere, q̄bus maxime capiūtur exhilarantq;, et multi somnī, hoc morbo correptis, pręsidio sunt. Contra ex graui & frequenti cogitatione, solitudíne vigilijsq; multis, graues illís noxæ nascuntur. Catapotia bilem atrā purgan tia, quę decoctum paulo ante descriptum ob nauseam respuentibus, porriguntur. Epithy mi Cretensis drachmæ viginti, filiculæ (quā Græci πολυπόδιον vocant) agarici, vtriusq; drachmæ decem, hellebori nigri drachmæ

quínque

quinque, ℈ facchari tantundem, ſtichados drachmæ ſeptẽ, pulueris hieræ picræ drachmę quindecim, finguntur ex his catapotia, & offeruntur eorum drachmæ tres, vel minus pro virium ratione. Cęterum diebus, quibus a medicamentis æger liber quieſcit, electuarij exhilarans inſcripti, portionem opportune aſſumet. Hoc accipit, meliſſe, corticum citri, † caryophylorum, gallię moſchatę, maſtiches, croci Orientalis, cinnamomi, nucis myriſticę, cardamomi, pęonię, ℈ been albi & rubri, zedoariæ, doronici ℈ ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocimi caryophilati ſingulorum pares portiones, moſchi quantũ pendet decima pars denarij vni⁹, inſuper ſumito myrabalanos, chebulas numero viginti, & emblicas numero trigĩta. hęc cõteritio, & in tribus libris aquæ ad duarũ librarum euaporationẽ, cõcoquito, & p colũ traijcito, pcolato quidẽ iuri, adijcito mellis librã vnã, & dein rurſus decoquito, quouſq; vniuerſa aqua euaporatu abſumat. poſtremo trib⁹ huius cocti mellis partib⁹, partẽ vnã prędicto & medicaminũ ĩ pulverẽ detritorũ, adijcito.

Sic Matthiolus. Indicũ interpret.

† Alij Garyophylorũ legũt.

℈ Incognitę veteribꝰ radices

Cum

Cum autem vſus poſtulauerit, huius antido ti, nucis auellanę inſtar, offerto. Sane electua rium hoc, animi hilaritatem, coloris iucundi tatem ac amœnitatem, bonāq; concoctionē creat, adhæc canitiem quoq; retardat.

¶ De diſtillatione, raucitate & grauedine. Caput. xiiii.

Ab aëre frigido cerebrū comprimēte.

CVm aliquis poſt balnei vſum, aut exercitium, aut aliam quampiam occaſionem calefacientem, caput in aëre ambiente frigidiore, & ventis aquilonijs flātibus, detexerit, & inde naribus, & palato pruritus, & titillatio, nimirum in ſpōgioſis oſſibus, & commotio, ſternutationeſq; prouenerint, adhibeat linteum calefactum capiti, & id tā tiſper, dum calorem in profundū capitis penetrare ſentiat, relinquat. Deinde nigellam naribus odoris gratia admoueat, & eius etiam puluere, aut ſtruthij nariū foraminibus inſpirato, ſternutationes prouocet. Præterea ne peccans humor in dorſalem medullā fluat, ſupinum decubitum vitet, multam quoq; ciborum ingeſtionem, præſertim vaporoſorum, ac vini potum fugiat, Quod ſi affectus

Cū calida intēperie

ctus, lintei excalefacti vſu, nihil remittat, ſã-
guinẽ humerali vena ſecta, mittere, ac vẽtrẽ,
remedijs aluũ leniẽtibus atq; emolliẽtib⁹, du
cere expedit. Tale eſt ſubſequẽs decoctũ, qd
tuſſe & thoracis aſperitate correpto, aluiq;
ſolutione indigenti, potui datur. Accipit aũt
℞ ſericas numero viginti ℞ myxas triginta,
vuarum paſſarũ ab acinis liberatarũ drach
mas decem, violarum exiccatarũ drachmas
quatuor, dulcis radicis a cortice liberæ, &
nonnihil contuſæ drachmas quinq;, ficus ca
ricas decem, decoquũtur omnia trib⁹ libris
aquæ, ad duarum aſſumptionem, deinde per
colum traijciuntur, & in percolato hoc deco
cto caſſiæ fiſtulæ drachmæ ſeptem, mannæ
(quam antiqui mel aërium appellant) drach
mæ decem diſſoluuntur. Cęterum ſi ne
q; venę humeralis inciſio, neq; alui deiectio
opem attulerint, & materia quoq; in thora-
cem defluxerit. Ad hæc ſi cum tuſſe febris
infeſtauerit, ilico vena axillari, aut ea quę ex
axillari & humerali media eſt, ſecta, ſangui-
nem mittes, & a carnium & vini vſu, ægrũ
arcebis. Itẽ q̃diu ingens calor, tuſſiſq; aſpe-

℞ Sic iuſtas & febrẽ ſtẽ iter pretor.

ra

ra & arida perſeuerauerint, potui porrigẽs hordei decoctum, aut iuleb violatum (Græcis iozulapon appellatum) quod ad hunc modum conficitur. Violarum vnciæ tres, in tribus ſextarijs aquæ per diem maceraniur, excolatæq; aquę, libræ tres ſacchari adijciuntᵉ. Verum calore ſe remittente, tuſſeq; ſicca in humidam verſa, vt iam expuat, infra ſcriptũ decoctum vna cum iam narrato iuleb violato indies tantiſper dum pectus expurgetur, & tuſſi æger liberetur, voxq; priſtinæ claritati reſtituatur, propinatum, maximũ auxilium præſtat. Quod decoctum accipit, ficus caricas quinq;, ſericas decem, myxas vigiti, vuarum paſſarũ albarũ ab acinis mundatarũ drachmas decẽ, dulcis radicis cui cortex ablatus ſit drachmas quinq;, omnia donec tabuerint aquæ incocta, per colum traijciuntᵉ. Huiᵒ decocti quotidie vnciæ tres, admixtis iuleb violati drachmis quinq; porriguntur. Porro ſi inueterauerit tuſſis, moleſtaq; eſſe prexerit, curatiõem eius, vt capite de tuſſis preſidijs perſequar, aggredieris. Cęterum ſi defluxus humorum ad nares Latinis gra-

uedo

uedo, Græcis κόρυζα appellatus perſeueraue-
rit, ſuffitibus per infumibulum, aut calamũ
in naribus tranſmiſſis, cohibebitur. Proin-
de ſi humor, qui ad nares decumbit, tenuis,
acris, mordax ſuppallidusq; extiterit, ſuffu-
migationem ex ℈ ſulphure aceto macerato
poſteaq; reſiccato, ſentabimus. Aut ſi libet,
ex hordeo fabiſue decorticatis aceroq; cõma
ceratis, ac deĩde exiccatis, aut ex ſaccharo cã
dido, ſandaloq; albo, ſuffitu prædicta ratiõe
vtemur. At ſi nullã caloris notam facies, pre
ſe ferat, ſuffumina ex coſto, vel thure appa
rabimus, nam & hęc fluxus reprimunt.

℈ Legẽdũ puto fure fure cum Aui. non ſulph. cũ Meſue.

¶ De lippitudine, quæ ὀφθαλμία Græcis nocatur. Cap. xv.

QVando adhęreſcens oculi membra-
na, quę natura alba eſt, ob ſangui-
nis affluxum cruenta apparet, & ex oculis
lachrymæ reſudant, atque in maioribus
oculi angulis ſordes quædam colliguntur,
ęgrum lippitudine infeſtari certum eſt. Quę
℔ ſymptomatũ numero vehemẽtiaq; mõ gra
uis, mõ lenis exiſtit. Verũ inter huius vitij
ſpecies, deterrima ea eſſe ferũ, quę oculorum

alba

alba adeo inflata tumidaq; habet, vt nigredi nem (quæ corneę pars tota est, adhęrente mẽ brana non obtecta) obtegere, palpebrasq; in. uertere videatur. Mox itaq; per ophthalmię curationis initia, venam humeralem patien ti oculo oppositam, in extrema manu pollici vicinam, aut supra cubitum, secare iuuat, ni- si leue malum fuerit, aut sanguinis fluxus cõ stiterit. Siquidem tunc e directo partis læsę, secta humeralis vena, opem fert. Quocirca q̃to vehementior affectus est, tanto maiorẽ sanguinis copiam detrahere decet. Post san guinis autem detractionem, aluus myroba- lanis citrinis, manna (veteribus mel aëriũ appellata) & fructuum quorundã, vt pruno rum tamarindorũ succo, ducenda est. Aeger quidem a carne, vino & cibis dulcioribus ar cendus, parcior quoq; victus illi præscriben dus est. Quod si hæc inefficacia fuerint, col- lyrium album lacte mulieris puellã lactan- tis læuigatum, oculis illinetur. At si sordiũ multitudo in oculis collecta sit, specillo lana molli inuoluto, ac aquę rosatæ immerso, ocu lum a suis sordib⁹ liberare cõpetit. Deinc

puluis

puluis albus in ſpargẽdus, oculiſque mollis lana ♱ muliebri lacte imbuta, cum laxa faſcia (ne puluis lachrymis eluatur) illiganda eſt. Deinde oculis ita molliter aſtrictis, & ægro in tenebroſam domũ deducto, omni ſtudio & conatu, ſomnum illi conciliabimus, ſummopere quoq; cauentes ne in affectum oculum, aut capite depreſſo & inclinato, decumbat. Sint itaq; omnia capitis inducmenta laxiora, ac minus ſtricta, nec diu pronus, imo potius ſupinus, cubet. Porro ſi a venę ſectiõe, atq; alui deiectione, oculus leuior, & dolor eius ſedatus, & tumor mollior, & lachrymę imminutæ fuerint, balneũ ſubinde eger conſcendat. Siquidem hoc, morbi reliquias diſſipabit ac depellet. Cæterũ humidis ſordibus oculique grauitate permanẽtibus, puluerem citrinũ accommode oculo inſpirabis. Ex horum remediorum genere, quod lippitudine vexatis multum conducit, etiam eſt linimentum ſupſcriptum, epithematis inſtar fronti ac palpebris accõmodatum. Quod recipit. Glaucij prępparati ſucci, roſarum aloës, lycij, ſandali rubri, nucis

♱ Huius ſectis natura apud Pli. li. 28. ca. 7.

Indicæ, croci Orientalis singulorũ æquas portiones, ex quibus oĩbus inter se coriandri succo cõmixtis, fingunt collyria, & vbi vsus expostulauerit, vnũ illorum coriandri, aut intybi succo, aut rosacea aqua læuigatũ, dictis ĩã partibus inungit. Hoc remedio si æger vsus fuerit, superis fauentibus, sanitati restituet.

Collyriũ albũ, Cerussæ ablutæ drachmæ decẽ, sarcocollæ crassioris drachmæ tres, tragagãthæ drachma vna, opij sedrachma, redigũtur in collyria, lenticulæ instar. Puluis citrinus, Sarcocollæ crassioris drachmæ decẽ, aloës drachmæ duæ, croci tantundẽ, myrrhæ drachma, lycij drachmæ duæ, his in pollinẽ subactis, vbi vsus erit, puluis oculo inspirabit. Puluis albus, Sarcocolla alba & pinguis, lacte mulieris potissimum iuuenculæ macerata, in vmbra tantisper dum exiccetur, relinquatur, deindè exactissime conterantur, & singulis eius pulueris drachmis decem, adijciantur glaucij succi drachmæ viginti, hæc rursus detrita in pulueren tenuissimum reponuntur, postulantesque vsu, oculis aspergũtur.

De ocu

¶ *De oculorum ulceribus. Cap. xvi.*

ABſceſſum oculo innatum præſagiunt, ingens & vehemens punctilis dolor, pulſuũ magnitudo & vehemẽtia, multæ profluẽtes ab oculis lachrymæ, & vniuerſus oculus, aut ablęreſcẽs mẽbrana ſola, cruore ſuffuſa, quorũ ruborẽ aptis oculis, aut inuerſis palpebris, intueri licet. Deinde in oculo vnus locus altero ſanguinolẽtior, aut in cornea cõſpicua parte, locus aligs albus apparens, oculi quoq; abſceſſum indicant. Cæterũ ad præſentis affectus auxilia inſtituenda admouẽdaq;, Medico in oculorũ ægritudinibus profligandis exercitatiſſimo, & natura ſagaci opus eſt. Veruntñ nos curationis capita & ſummã, atq; præcipuã medicaminũ rationẽ, proſequemur. Dicimus itaq; vlcera in cohærente membrana (quã oculi albũ nõnulli appellãt) oborta, nõ ita eſſe pnitioſa periculoſa ue, vt ſunt ea, quę corneę parti adnata membrana nõ obtectę, innaſcunt. At omnium perniciioſiſſimũ vlcus eſt, quod corneæ e pupillæ regione euenit, ſiquidẽ hoc vlcus pupillæ procidentia ſubſequi quã ocyſſime ſolet.

Inflam. non dū suppurā tis curatio.

Huius itaque inflammationis curationem, a venę humeralis incisione, auspicabimur, sanguinis copiā quoad fieri poterit imminuentes, dein ad alui solutionē properabimus. Et ęger a carnium, & vini dulcis vsu, arcebit̄, solarumq; interī refrigerātiū herbarum esu, atque aquæ potu, contentus viuet. Ocu lo vero per initia, collyrium album muliebri lacte detritum, immittendum erit. Quod si modo pulsus minor & tardior fieri, cæteraque symptomata remitti videantur, spes est morbum sine suppuratione solutum iri. At si pulsus post detractum sanguinem, & dejectum ventrem, atque collyrij albi vsū, neque minor, neq; remissior, neque rarior, redditur, exigua spes supereit inflammationē illā, sine puris collectione, curari posse. Quare tunc oculo collyrium ex thure inducendū est, & ei puluinus aliquis ex molli lanula consarcinatus, atque ita admotus, illigandus est. Verum priusquam inflammatio suppurescat, oculum leniter ne dolore excrucietur, absque puluino constrīgere decet. Nec tunc quoque a collyrij ex thure vsu abstinere com

Si suppuran tis inflā. & vlceris cura tio.

petit,

petit, quoniam tantisper dum inflammatio suppuretur, illud illinere confert. Pure vero iam nato, collyrium ex plumbo, quousq; cauitas tota abscessus impleatur, vniuersaq; caro regeneretur, quamconuenientissimũ erit. Hæc autem præsidia abscessu rupto, nec valde magno existente, opportune tentantur. Nam si magnus pupillæq; vicinus abscessus sit, operæpreciũ erit, oculo Eleisier, mox ad finem capitis subscribendum medicamẽ, accomodare, ac eodem tempore puluinũ quoque ex tenera lana confectum, molliter oculo alligare decet, ne vlceris occasione, pupilla procidat. Proinde ad hæc, supinus decubitus depresso nonnihil capite, & a vehementiore motu ocium & quies, ægro conueniũt. Cæterum carne iam in abscessus ac vlceris loco regenerata, vniuersaque cauitate implecta, relinquetur in oculo alba quędã cicatrix, quę, si profundius vlcus fuerit, crassior, si vero in corneæ tantum superficie extiterit, tenuior superficiariaque erit. Cicatrix tamẽ illa seu callus, remoto vlcere a pupilla oculi, nihil incommodi adferre potest. Sin autem pupillę

pillæ vicinior, post vlceris curationem, alba cicatrix relicta fuerit, vicinitatis ratione visionem abolebit. Quapropter tum illis præsidijs, quibus albugines absterguntur tollunturq, vtendum erit. Collyrium ex thure. Ammoniaci, sarcocollæ vtriusq drachmę quinq, thuris drachmę decē, croci drachmæ duæ, omnia fœnogræci succo excepta, in collyria digeruntur. Collyrium de plumbo. Plumbi vsti & loti, stibij, pompholygis abluti, æris usti, gummi Arabici, tragacanthæ singulorū drachmę septem, opij sedrachma, hęc simul contrita per tenuissimum pannum sericum cernuntur, et puluere aqua pluuiali consperso, informantur ex eo collyria. Collyrium deperditam vlceris oculi carnem regenerans, & pupillæ procidentiam prohibens, & relictam cicatricem seu callum extenuans abstergensq, Cadmię abluræ, pōpholygis loti, serussæ, stibij, thuris singulorum drachmæ duæ, myrrhæ drachma vna, sarcocollę crassioris sesquidrachma, cinnabaris, alocēs, opij singulorū drachma vna, formantur ex his collyria. Collyrium autem Eleiser

vocatum

vocatum, quo ex vlcere procidentiam pupil lę metuentes vtimur, in hũc modũ ſe habet. Stibĩ, lapidis hęmatitis vtriuſqꝫ drachmę decem, acaciæ drachmæ tres, aloës drachmą vna, his cydoniorum nucleorum ſucco ſubactis informantur collyria, ac dum vſus expetit, oculo accommodantur.

¶ Ad ea quæ oculis incidunt educenda. Caput. xvii.

SI pilus, feſtuca, aut quid aliud oculo forſtuito inciderit, ſumito ſpecillũ reſina pinea illitum, voluitoqꝫ per oculum, et adtrahet id quod oculo illapſum eſt. Idẽ ſuccinum attritu calefactũ oculoqꝫ admotum, præſtat.

¶ De albugine oculo innata. Caput. xviii.

QVæ oculis innaſcitur albugo, cicatrix eſt, poſt vlcerum curationem, dum eorum continui ſolutio reſtituitur, relicta. Quæ ſi in puerorum oculis obortatur, facilioris curæ erit, qꝫ in ſeniorum. Siquidẽ in ſenibus facta albugo, haudquaquam curationem admittit, niſi perquam tenuis & ſuperficiaria ac nubeculæ inſtar extiterit.

Præ

Præſentem porro affectum, preſidijs his diſcuties. Poſtq̃ eger balneo corpus emollien te egreſſus fuerit, aut facie q̃minime prona, vaporem aquæ calidæ, aut fœnograeci tepentis decocti, tantiſper dum ipſa rubeat, receperit, infra ſcripti pulueris portionem oculo inſparges. At ſi id remedium venas turgidas ac ſanguinolentas effecerit, doloremque inflammatorium concitauerit, ab eo conquiescès, donec hi affectus oculi remiſſi fuerint, dein idem ſubſidium repetes. Medicamen preſtantiſſimum albuginem probe detergẽs citoq; diſcutiens, quo ego in exterendis albuginibus, neq; efficacius, neq; generoſius, aut vlli par comperi. Accipe maſſacumiæ (quod ex plumbo, vitro, ſilice conficitur, quo ſcilicet fictilia vaſa illinuntur) halcyonij, q̃d alij ſpumam maris vocant, ſtercoris magnæ lacertæ, nitri naturalis non facticij, ſacchari albiſſimi ſingulorum pares portiones. dein ſume acori, chelodonij ʒj vtriuſq; drachmas decem, & decoque in libra vna aquæ, ad trium partium conſumptionẽ, poſtea percolla-

Aliqui ad ũ: fœnicu .m,

to, & hoc decocto comprehenſas medicinas ſubi-

subigito, et liquore imbibito, in vmbra exic candas seponito, ac denuo contritas, & vt prius aspersas exiccato, id vbi quater pręsti-teris, rursus omnia vt prius exiccato conteri to℈, ac oculo puluerem inspargito. Siquidē hoc medicamen nulli in detergendis albu-ginibus, vt dixi, est secundum, nam crassio-res albugines, etiam brutorum, vt equorum & boum oculis innatas extergit.

¶ *De scabricie & tunicula. Caput. xix.*

Cum palpebram inuersam interius ru-bro colore suffusam, & asperam inæ-qualemq; aspexeris, scabie ea molestatur. Et quando super oculorum alba & nigredinē, quiddam tuniculæ instar, venis multis cruē tis & turgidis contextum cernis, affect⁹ ad-est, qui Arabibus a tunicæ forma, sebel dici-tur. Sane vtraq; hęc vitia grauia sunt & diu turna, atq; ad curandum cōtumacia. Nihilo minus tamen inter initia, dum æger sanus est, nec affectus inualuit, venæ sectione bra-chij & frontis, & alui solutione vtatur. Et ab esu palmularum, & sesami melle præpa ci, & temulentia abstineat. Præterea vacuū corpo

Ab ere dente hu more.

A suffu so sangui ne, in ad hæréte tu nica.

corpore, nec cibis distentum ægrotantẽ, sub inde ad balnea deducere, identidem quoque laboranti oculo collyrium rubrum illinere, prosunt. Collyrium rubrum. Lapidis hæmatitis, æris floris cremati ac loti vtriusque drachmæ tres, ęris vsti drachmæ duæ, crocí drachma vna, myrrhę tantundẽ, piperis longi sedrachma. posteaquam vino veteri ea lęuigaueris, redigito in collyria. Pręter ista collyrium viride, capite de vngui descriptum, si illinatur, opem fert. Quod si morbi hi in vetustatem proruperint, scabies, inuersa palpebra & instrumento (quod a palpebrarum rasura βλεφαρόξυστον Græci appellant) per summa derasa, & tunica vero suppuratione, & consequentiũ vsu, persanari debent. At horum curationem pręsentis libri męę, quum ad manualem artẽ pertineat, haud quaquam admittunt.

¶ Horũ curatio latius. 4. secundũ locos.

¶ *Ad maiorum angulorũ caruncul as prurita uexatas.* Caput. xx.

A morda ci succo. SVmito intybum tenellum ac virens, & eo manibus exacte contrito, informato globulos paruos instar oculi, & oleo viola

ceo

ceo circumlitos, ac oculis clausis superaccõmodatos, ęgrotanti somnum inituro, illigato. Verum rosaceum proposito affectui generósius est citiusque auxilium præstat. At si hæc inualida fuerint, accipito lentes excorticatas, rhum Syrenaicum, rosas rubras & mali punici acinorum succum. hæc trita sapa, hoc est decocto vino, conspargito, ac in morem emplastri, pruriginoso angulo inducito. Quod si ne hęc qnidem suffecerint, humeralem ęgrotantis venam primum incidito, deinde eam, quę recta in fronte repit, ac eas, quæ ad maiores oculi angulos sunt. Ventrem quoque subinde medicaminibus bilem flauam cientibus deijcito. Item ęgrũ identidem ad reprimendum humorum acrimoniam in balnea dulcis aquę deducito.

De *ungui oculorum, quod* πτερύγιον *Græcis uocatur* Cap. xxi.

QVando aliquid mẽbranulę neruosę instar, ex angulo oculi nares spectantẽ oriri, & oculi albũ obtegere, ac adusq; nigredinem eiusdem protendi cernitur, affectus vnguis appellatus, oculo innascitur. Ob cõcoctricisue expultricis imbecillitatẽ.

Huius

Huius noxa tunc demum peior censetur, dũ ad nigredinem quę e regione pupillę est, malum prorepserit. Hac itaq; membranula tenui existente, collyrio viridi, & collyrio ex æris flore, eam elidere tentandum est. Sed postquam in vetustatem & crassitiem vnguis deuenerit, scalpello ad id parato est euellendus. Collyrium viride, quod tunicułæ sebel dictæ, vngui & albę cicatrici auxilium præstat. Aeruginis drachmæ tres, æris floris combusti drachmæ sex, auripigmẽti rubri, nitri, halcyonij singulorum drachma vna, salis ammoniaci drachma semissis, guttę ammoniaci drachmæ duæ, ammoniacum in rutę succo dissoluitur, et reliquis medicinis eo aspersis, imformantur mirifice virtutis collyria, etiã si paulo vehementiora sint. Collyrium ex æris flore, quod vnguẽ exterit. Aeris cremati, æris floris vtriusque drachmæ quinq;, æruginis drachmæ duæ, salis ammoniaci, nitri, auripigmenti (quod sublimatum vocant) singulorum drachma vna, conteruntur omnia, & septimanę spacio, vt melius exiccentur, reponuntur, deinde

Chirurgia apud Aeti. li. 7. capite. 60.

de illis rutę ſucco conſperſis, fir guntur collyria, quibus vnguis affricatur.

¶ *De uibice, ac cruentis ſuffuſionibus ex ictu aliaue cauſa. Caput xxii.*

QVando in oculo ex plaga, ſeu alia quauis occaſione, maculam ſanguinolentam fieri contigerit, ſanguis ibidem ex affluxu collectus (poſtquam ęſtus & fluxio conquieuerint) diſcutiendus eſt. Sumito itaq; auripigmenti rubri, thuris, myrrhæ, ammoniaci ſingulorum ęquas portiones, his hyſopi ſucco detritis, formato collyria, ac illa coriandri ſucco, aut hyſopi decocto læuigata, oculo illinito. Verum & diu dolor perſeuerauerit, albumen oui oleo roſaceo cõmiſceto, & lanam teneram illis imbutam, oculo illigato. Etiam columbæ ſanguinem ex teneris alis expreſſum, ſtatim per initia opportune inſtillabis.

Vehens multũm.

¶ *Ad lachrymas. Caput. xxiii.*

CVm maiores oculorum angulos perpetuo humore fluentes conſpexeris, ægrum quotidie ieiunũ, et corpore expurgato, ad balnea deducito, & oculo hũc ſubſcriptũ pul-

A frigidi humoris affluxu.

puluerem, tenuitate atomis non abſimilem, inſpargito. Puluis quidem iſte accipit, pompholygis drachmas decem, coralliꝝ rubri & albi myrobalani citrinæ & contritæ, aloes ſingulorum drachmas duas, piperis drachmã ſemiſſem, deterito hæc in pollinẽ tenuiſſimum, ac oculo crebro eum inſpirato.

¶ *De uiſus debilitate.* Cap. xxiii.

Ex humiditate.

SI cum viſus imbecillitate, manifeſtæ humiditatis notæ apparuerint, quæ tempore inediꝫ & exercitij nonnihil remitti videantur, catapotia coccia, leuioribus purgantibus preſidijs tentatis, ſubinde ęgrotanti porrigere, & alimenta ſiccantia & extenuãtia adminiſtrare oportebit. Vomitum quoque ſubinde poſt aſſumptos cibos inciEx ſiccitate. dentes iritare opportunum eſt. Oculis autẽ pulueres ſiccandi vim poſſidentes, vtiliter inſpargentur. Quod ſi iam dictum affectum ſiccitas, corporiſq; macies concomitẽtur, copioſius & humectans alimentum, & vini potus, ex vſu erunt. Item aqua egelida capiti liberaliter infundenda, atq; ad feruidę aquæ vaporem, facies inclinanda eſt. Narí-

bus

bus ãt ac auribus, oleũ amygdalarũ dulciũ inſtillandum, ac oculis lac mulieris adoleſcẽtulę quotidie, idq; ſepius eſt infundendum. Hæc porro imbecilli viſus ſpecies, famis tẽpore & vacua aluo, intẽtior quoq; redditur.

Compoſitio pulueris tenuiſſimi, viſum qui humiditatem ſuæ imbecillitatis cauſam obtinet, exacuens. Accipito pompholygis roſacea aqua abluti ſiccatique drachmas viginti, deinde exprimito ſampſuchi virentis ſuccum, & nocte vna quouſq; reſideat, quieſcat, deín eũ percolato, & eo ſucco aſperſũ põpholygem, donec exiccetur ſeponito, poſteaq; conterito, & ſumito zingiberis, piperis nigri, piperis longi, chelidonij ſingulorum drachmas duas, ſalis ammoniaci drachmã vnam, pompholygis ſic vt deſcripſi prępara ti, drachmas viginti. hæc omnia conterito, & ſucco virentis fœniculi aſpargito, & rurſus ſiccata ac contrita reponito, & expoſcente vſu, oculis inijciens, vtere. Præter illa quę propoſito affectui, collyrium ex fellibus illitum optime facit, ſed valde acre & mordax eſt.

Pulueris ad humiditatẽ oculi.

Ad

¶ *Ad palpebrarum tumorem, Græcis* χἰ-
μοσις appellatum. Caput. xxv.

A sanguinis influxu.

OCulo epithema humorum affluxum re primẽs, capite de oculi lippitudine descriptum, illinito.

fo. xx.

¶ *Ad palpebrarum pilos, oculos iritantes.*
Caput. xxvi.

Ob siccitatem aut pororum obliquitatem,

SI pilus vnus alterue oculo infestus fuerit, alijs rectis palpebrarum pilis, mastiche, aut oleo sesamino, agglutinato, aut radicitus eos euellito, ac locum, a quo euulseris, mucronato ferro, aut acu, vrito. Verũ si multi pili oculũ iritauerint, necessitas tarsũ præscindere cogit. Cęterum eius negocij tractatio, nostri propositi libri limites transcẽdit.

¶ *De suffusione, siue humorum in oculum af-*
fluxu. Caput. xxvii.

QVandoque ante oculos culices alicui, vel alia tenuia, lucentia, caliginosaque corpuscula perperam obuersari videntur. Quod nonnunquam proprię noxæ oculi, nonnunquam ventriculi affectui, fertur acceptum. Quare inter hęc duo discrimen habendum est, neque sane hoc sympto-

ma

ma homines infestans, parui pendendum ẽ, quod si ob ventriculi vitiũ euenerit, non metuẽdum, ne oculo magnam noxam adferat. Sin ex proprio oculi affectu sit, metu grauioris mali non caret, siquidem id suffusionis initiũ esse consueuit. Cæterum affectus hic, dum recens est, nondumque radices egit, localibus medicamentis elidítur. At vbi vetustus perfectusque extiterit, sola punctorij styli mucronis pertusione, curari potest, licet fortasse nec pertusio quidem opem adlatura sit. Quam ob causam inter hæc duo iam enarrata, merito discrimem summo studio inquirendum est, quod autem id sit perstringã. Cum igitur vtrique oculo, muscæ, aut culices, aut quid simile occursare videatur, pro certo habendum, ex affectu ventriculi malũ pendere. Si aũt altero tantũ oculo huiuscemodi apparitiones conspiciantur, vitium oculo proprium esse iudicatur. Sic etiam quando cibis distenso ventriculo, & eo ingesta male concoquente, nauseaque laborante, solito plures cerni videantur, tempore vero inediæ, aut exercitij pauciores hallucinationes euenians

Paul. li. 6. ca. 21.

niant, & tunc quoq; sciendum est, ab ore ventriculi affectum pẽdere, idq; maxime si duobus tribusue, aut etiam pluribus mensibus suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam nihil tenebrosum conspiciatur. Dum itaq; harum coniecturarum congeriem congesseris, & ueluti chorus quidam concinne loquatur, catapotia coccia porrigito, quibus si affectus in totum extirpatur, prædictis notis indicationibusque fidem dabis. Cæterum si altero tantum oculo visa fuerint, & singulis dieb⁹ perpetuo huiuscemodi apparitio perseuerauerit, nullo scilicet die interueniente, qui omni reprehensione caruerit, censendum est suffusionis (quam aquam alij vocant) adesse initia, præsertim si altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (ut breuiter dicam) non exacte pura videtur, quæ si ita se habeant, certo certius est suffusionem esse. Quando itaque affectus hic ex propria dispositione oculi pẽdet, prohibendum ægro ne cucurbitulis, neq; ex venis in manum distribuis, sanguinem extrahat, similiter quoq;, vt piscium, & eorũ

Mali, ex oculi ulcꝰ tio curatio.

dũ quæ humectant, pituitosũq; succũ genẽ-
tant, esum fugiat hortaberis. Aluum ve-
ro frequenter catapotijs coccijs deñcies & æ-
grotum calefacientibus siccantibusq; ales, at
q; hydromel potui illi propinabis. Oculis
vero collyrium ex fellibus opportune illi-
nes. Collyrium ex fellibus, quod auxiliatur
incipienti suffusioni, & pupillę dilatationi,
& his, qui post occasum solis non vident, &
hebetudini visus, humiditatem sui occasionẽ
habentibus, hac ratione conficies. Fellis
gruis, fellis piscis Arabibus ;j sabot dicti,
fellis hircini, fellis accipitris, fellis aquilæ, fel
lis perdicis singulorũ siccorũ vnũ, aut plura,
horũ aridorũ drachmis decẽ, adñcies euphor
bij, sylueſtris cucurbitæ, sagapeni singulorũ
drachmã vnã, his simul omnibus attritis &
vna commixtis, asperges fœniculi tenelli &
virentis succũ, & poscente vlu cum lacte mu
liebri, aut oui candido, oculo immittes.

In initio Pa
luset Aeti
venã secan

¶ Nõ lucil v
temur. Gale.
quoq; callo
nymi mem
nit.

¶ *Ad nocturnam cæcitudinem, quæ* νυκταλωψ
Græcis dicitur. Caput. xxviii.

HVic affectui idoneũ est, hepar caprinũ
sciſſũ & sectionib⁹ singulis iniectũ piper

ab aquei hu
moris & sp
rituum cra
sine.

longum, & eisdē sectionibus occlusis, in cli-
banum hepar mittitur, & tantisper dum af-
fetur exicceturque, non tamen vratur, relin-
quitur, quo assato, piper longum extractum,
diligenter cum moschi momento cōteritur,
ac sanie, quæ ex asso iecore resudauit, cōspar
gitur, & exiccatum in puluere mque detri-
tum, oculo insufflatur. Iam quoque ipsum ie
cur opportune edendum porrigitur. Aut ca-
prillum fel melli commixtum, in æneo vase
super ignem decoquito, & dein specillū felli
intinctū, oculo admoueto, magis tñ profece-
ris, si collyrium ex fellibus oculo inūxeris.
Porro si hæc omnia inefficacia fuerint, aluū
deijcito, ac sanguinem ex vtrisque humera-
rijs, & frontis vena, detrahito, victusque ra-
tionem extenuato.

¶ De *dilatatione pupillæ*. Ca. xxix.

Aſſiccitate. CVm pupilla hoc est foramē, quod pro-
pter vueā tunicam perforatā in nigre
dine oculi cernitur, vsq; adeo dilatatur ac pa
tescit, vt omni ex parte alba oculi attingat,
& si id post vehementem capitis dolorē eue-
nerit, modica eius restitutiōis spes habenda
est,

est. Exigua autem existente dilatatione, vẽ- Ab humori
trem catapotijs coccijs deijcies, ac identidem copia.
collyrium ex fellibus oculo illines. Cæ-
terum si pupillam propter ictum dilatari ob
tigerit, haud quaqꝫ formidandum, quia, nisi
vuea tunica diuulsa sit, pristinæ integritati
restituetur. Parabis itaqꝫ ad huiuscemodi vi
tium, emplastrum ex fabarum farina, chamæ
melo & althæa, & hęc in vino & aqua con-
tusa, oculo induces.

¶ *De fistulis maioribus oculi angulis acciden*
tibus. *Caput.* xxx.

SI quando angulus maior madet, cumqꝫ A putri & e
comprimitur, sanies & pus emanant, fi- rodente hu-
stula ægrum molestat, cui ignito ferro præ- more.
sentissime succurritur. Verum eius vsum Apud Cel. li
docere, ab huius libri tractatione alienũ cen 5. ca. 28.
setur. Nihilomiuns tamen subiungam re-
medium, quod si accommodaueris, ipsam re-
sudationem per mẽses plures ita cõprimes,
vt æger conualuisse sibi videatur. Medica-
men hoc accipit, Aloës, thuris, sarcocollę, a-
luminis singulorum pares portiones, ęrugi-
nis quantum pendet quarta pars vnius, hæc

trita

trita, ac plantaginis succo subacta, in collyria rediguntur. Cum autem vsus expetit, fistulam donec vniuersa sanies in ea coacernata profluxerit, premito, deinde ægro in latus sanum, fistulęque non obnoxium, decumbente, iam descripti collyrij in succo plantaginis dissoluti, tres guttas, aut quatuor, non tamen simul, sed vnam post altam, iusto interposito interuallo, in magni oculi angulum, fistula tentatum, instillato. Quo peracto, æger trium horarum spatio, prædicta figura decumbet. In aurora insecuti diei, rursus fistulam exacte comprimito, ac eandem curationem reiterato, atque deinde septimana vna, aut quam diu fistula pressa resudat, idem repetito. Siquidem hac curatione, locus fistula infestatus, sic cus ad longum tempus seruabitur. De oculorum autem præsidijs, quantum præsens institutum exigit, iam satis pertractatum existimo. Reliqua vero quum ad curationes, quæ ferro, ac manus administratione peraguntur, pertinent, relinquam, quoniam multis remedijs, atq; longa pertracta-

fusissime li. 4. secundum locos Galeni

tiõe

tione, opus habent. Sunt tamen nonnulla ex horum genere, in his libris, quibus de decoratione, & fucis, tuendaque sanitate egimus, descripta.

¶ De *aurium dolore*. Caput. xxxi.

Si aurium dolorem, faciei inflãmatio pulsusq; magnus & velox concomitentur, sanguinem, ex humerali vena secta, ægrotãti detrahito. Item oleum rosaceum oleumq; de floribus salicum, modice ad auris sensum calentia, cum aceti pauxillulo, in auditorium meatum infundito. Lac quoque ita calidum, vti est recenter emulctum, subinde cum oui candido, auri instillato. Ventrem autem myrobalanis citrinis, scammonio, & aloë, vehementer ducito. Præparabis autem huiuscemodi medicamen, in hunc modum. Sumito myrobalanorũ citrinarũ drachmas viginti, & in puluerem contritas, duabus libris aquę vsq; ad duarũ librę vni⁹ tertiarũ consumptionẽ incoqto, deinde decoctũ q; colũ trajicito. Insuper accipito aloës drachmam vnã, scãmonij obolũ vnũ, hęc discocto cydoniorũ succo aspersa, atq; i catapotia digesta

Ex inflãmatione cõtracto.

porrũ

porrigito, & deinde poſt duarũ horarũ inter-
capedinẽ decoctũ p̃beto. Quod ſi dolor mi
nime conquieſcens vrget, opij momentum,
oleo roſaceo temperatum, auri immittito.
Et ſi pulſus priori ſimilis redierit, triduoq;
talis perſeuerauerit, oleũ ex ſeſami ſemine,
in quo anatis, aut gallinę adeps diſſolutus fu
erit, ſubinde ſenſim auri infundito. Siquidẽ
tunc auri abſceſſus ineſt, cui ſuppuratiõe o-
pus eſt. Quando autem dolor ſedatus fuerit,
ſuppurationem perfectã eſſe ſcito, & ſubitam
inſperataq; ab aure puris profuſionẽ exſpe
ctato. Cęterum dum dolor auriũ, poſt fa-
ſtidioſam repletionem, aut ventos frigidos,
moleſtauerit, oleum in quo ruta cepaue in-
cocta eſt, tepidum auri immittito. Quod ſi
hoc inualidum fuerit, oleũ in quo turbit de-
coctum ſit, auditorio meatui inſtillato. Aut
oleum liliorum, cui ad ſingulas vncias, eu-
phorbij recentis & caſtorei vtriuſque drach
ma vna exactiſſime leuigata, adiecta ſit, in-
fuſum non minus iuuat. Porro ſi ne hoc qui
dem auxilium pręſtiterit, aluũ catapotijs coc
tijs ducito, & laconicum primã balnei par-

tem

n craſſis ui
ſcoſiſq; hu
moribus.

tem (in quo ſudorẽ prouocet) intrare iubeto. Vinum ſimiliter vetus robuſtumq; illi ꝓpinato. Si vero aurium dolori adſint ſonit⁹, tinnitus et flatus, panicũ ſiue miliũ in frixorio torrefactum, identidem feruidum per ſaculos, ſuperaccommodato. Aurem quoq; ægri ad vaporem aquæ, cui mentaſtrum, ſtichas Arabica & ſampſuch⁹ incocta ſint, inclinato. Ad hęc caſtorei & euphorbij vtriuſq; pondus quatuor granorum hordei, ſambuci oleo diſſolutum, & deinde auri infuſum, magnum adfert præſidium.

Ex flatuoſo ſpiritu.

¶ *De auris vlcere.* *Caput.* xxxii.

PVre ab aure profluente, mulſa tepida crebro in vno die infundenda eſt, deinde infra ſcriptum hoc medicamen, præſenti affectui multum accommodum, eſt iniicien dum. Sarcocollę, aloës, cinnabaris, thuris ſingulorum drachma ſemiſſis, ſquamę ferri, æruginis, vtriuſq; obolus, omnia aceto leuigata, in aurem infunduntur. Vel liniméntum tortile ex linteo, melle imbutum, ac dicto iã liquori intinctum, in aurem mittitur. Aeger quoque tantiſper hoc medicamine, & mulſa,

ſa, dum auris curetur, opportune vti poterit.

¶ *De ſonitu & tinnitu aurium.*

Caput .xxxiii.

NOnnunquam hoc vitium ob exquiſitum auditus ſenſum, eiuſque acrimoniam oboritur, cuius certiſſimum indicium putatur, ſi tempore inediæ increuerit, crapulæ vero & repletionis remiſſior fuerit. Hic igitur affectus, cum lenior ſit, ſibi dedicatam curationem nullam expoſcit, niſi forte aggraueſcat. Tum enim opij grana duo oleo roſaceo ſoluta, ac in aurem dimiſſa, illi (ſenſu nonnihil ſtupefacto) abunde auxiliantur. Si vero capitis grauitatem, & auditus imbecillitatem ſibi comites ſortitus fuerit, oleum ſeminis raphani, & oleum amygdalarum amararum, & oleum roſaceum, in quo caſtoreum fuerit detritum, auditus meatui inſtillabis. Aurem quoq; ad vaporem aquæ, cui ſampſuchus, ſtichas Arabica, abſinthium, mentaſtrum & origanũ inco&a ſint, opportune inclinabis. Et aluum catapotijs coccijs deijcies, & vinum ægrotanti ſubtrahes, parceq; ales.

Ex euaporatu crudi humoris.

Ad

¶ *Ad grauem auditum. Cap. xxxiiii.*

CVm autem auditus grauitas, hominem occupat, perpendendum est, an in aure sordes (quas a consistentia ceram nominant) coaceruatæ sunt. Quoniam huiusceмodi sordib⁹ ibidem inueteratis, pharmacis mihi supra ad auris vlcera narratis, aut nitro in aceto subacto, aut manuali opera expurgabuntur. Verum si non sint sordibus infectæ, & auditus grauitas post copiosam ciborum ingestionem, aut morbum acutum, humores ad aurem in eius iudicatione protrudentem, oborta sit, aure vaporem aquæ, cui paulo ante dicta incocta sint, recipies, idq; per infumibulum, quo totus vapor in aurem penetret. Curabis autem id rectissime ad hunc modum.

A crudis humoribꝰ

Mentastrum, absinthium, sampsuchũ, aliaque ante iam commemorata, in ænea olla aqua plena, & ad hunc vsum idonea, ore scilicet angustiore decoquito, ac deinde infumibulum ollæ ori accõmodato, & ne vapor exhialet, linteis infumibulum, & ollę os circũuoluito, ac deinceps aurem super infumibuli ori

li orificium inclinato. Præterea collyrium hoc auditorio meatui inſtillato. Sylueſtris cu curbitæ drachma vna, nitri ſcrupulum vnũ, caſtorei, ariſtolochiæ rotundę, ſucci abſinthij ſingulorum drachma ſemiſſis, coſti ſeſquiobolus, euphorbij obolus, fellis vaccini quantum ad ſimplicia excipienda ſat eſt, imformato ex his collyria, et cũ vſus exigit, vnum oleo amygdalarum amararum detritum, auri pedetentim, ac continue infundito. Hoc enim præſtantiſſimum adfert preſidium dolori, qui ex pituita & flatulẽtis ſpiritibus ẽ, & ſibilo, & tinnitui, ſurditatiq, qui affect⁹ omnes, viſcoſorum crudorumque humorum ſoboles ſunt. Porro ſi auditus grauitas poſt ieiunia, crebraſq vigilias oboriatur, & fuerit facies emaciata, & oculi concaui, eger balneum dulcis aquæ petat, & copioſiori potu, ac cibo humectante vtatur, ſomnoſq plures ſibi conciliet. Caput quoq aqua tepida cum oleo humectandi vim obtinente, donec ſaneſcat, perfundat. Quod ſi a phrenitide hoc genus vitij inuaſerit, preſidijs capite de aurium ſonitu deſcriptis curatur.

Ex ſiccitate

ab expurgato humore per criſim

Ad au

¶ *Ad aurium uermes, & animalcula auditus meatum irrepentia.* Caput. xxxv.

CVm auditorium meatū titillatio, prurítus & dolor molestāt, & vermes inde excidunt, auri mentastri succus, aut foliorum persicorum, aut oleum nucleorum malorum persicorum, aut aloëm succo absínthij detritam, auri immítte, hęc namque vermes, & animalcula aurem irrepentia, aut in vlceribus nata, interimunt.

¶ *Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt, euellenda.* Caput. xxxvi.

QVando aliquid meatui auditorio infigitur, oleum tepidum illi infundito, & ægrum in balneum potabilis aquæ deducito, atq; in eo tantísper dum mollius corpus eius reddatur, immorarí sínito. Deinde naribus struthium in puluerem subactum, inspirato, aëremq; per inspirationem attractum, donec sternutatio iritetur, ęgrotantem retinere iubeto, huiuscemodi namq; cōcussu fortasse id qd' meatui illapsum est, eíjcietur. Si vero maius fuerit, q̄ quod excidere possit, forpicula, aut ferro instar retusi hami in aurē

dimíſ

demisso, operæpretium est extrahere. Quin etiam idem quoq; in naribus, si vsus expetit, tentandum est. Porro si in porum auditorium aqua defluxerit, capite versus eã partem, in qua patiens auris est, inclinato, in vno pede subsiliat æger. Quod si non excernitur, sternutationem vt præcepi, prouocato, deinde tepidum oleum subinde auri instillato. Neque hoc malum parum nos anxios reddere debet, præcipue si id quod in aurẽ inciderit, aut ingressũ sit, tetra qualitate pollet. Inde enim grauis cruciatus subsequi, & in aure inflammata si intus maneat, conuulsiones adferri soiẽt.

¶. *Ad sanguinem e naribus erumpentem.* Caput. xxxvii.

EX eorum genere, quę sanguinis e naribus profluuium sistũt, est succus ocimi maioris, in quo camphora lęuigata sit, & naribꝰ ita immissus. Auxiliatur enim huiusce modi succus hoc affectu implicari solitis, aut ante fluxum sanguinis, aut tempore profluuij naribus illitus. Vel accipito gypsum, cinerem chartæ ex linteis præparatæ, gallã,

cinna

cinnabarim, calcẽ viuã, chalcithidẽ, et hęc simul in puluerem detrita, naribus inspirato. Vel linimentum tortile ex linteo, his puluerib̃us albumine oui exceptis, imbutum, naribus immittito. Aut alumen scissile in puluerem longe tenuissimum actum, cum pari portione amyli, naribus insufflato. Quod si copiose sanguis profluere perseuerat, brachiorũ partes axilis vicinas, zonis, aut cordulis vincito. Quinetiam vt sanguinem in contrariũ trahas, fœmora quoq; ac testes vinculis ĩtercipito. Porro si affectus inualescat, incisa humerali, partis illius vnde sanguis profluit, sanguinem per interualla modice detrahere, confert. Si quidem nec hac ratione sistitur, magnas cucurbitulas ignitas hipochondrijs, ea parte qua sanguis fluit, affigere, cutemq; si opus sit, leniter incidere, consilium est. Medicamen sistendo sanguini longe efficacissimum. Accipies calcem albam, qua aurifabri vti cõsueuere, & subinde tritã citra cũctatiõnẽ naribus inspirabis, vel linimentum funiculare oui candido liquore illitum, eaq; calce imbutum, nariũ foraminib⁹ immittes.

Ad

Ob materiæ aduſtionē.

¶ *Ad narium cruſtas & ulcera.* Ca. xxxviii.

CRuſtis, quas Græci ἐσχάρας uocant, in naribus obortis, ceram & oleum humectans, cuiuſmodi violaceum eſt, & gallinaceum adipem illines, atq; ægri naribus crebro, diebus aliquot, aquę calidæ, cui emollientia, & humectantia incocta ſint, vaporē mane obijcies. Cæterum cruſtis iam emollitis ac prolabi incipientibus, linimentū tortile aceto acerrimo ſale cōtemperato intinctum, naſo inſeres, ac cruſtis ipſis acetū cum ſale ſuperaccommodabis, ſiquidem eo aceto exiccatæ, diutius naribus non inhærebunt. Quod ſi vlcera ibidem oboriantur, vnguento ceruſſæ oppertune ea reſtitues.

A materiæ affluxu & cōcoc. & expul. imbecillitate,

¶ *De polypo & ſarcomate.* Caput. xl.

CVm parte interiore narium, caro ſuperflua, mollis, & quaſi laxa & rubra albaue innaſcitur, & nares quoq; craſſeſcere incipiunt, iamq; dicta carne impleri, humeralē venam primum incidere iuuat, deinde linimentum tortile vnguento viridi imbutum, naribus impoſitum bene facit, eius autem vnguēti libro ſeptimo Almanſori dedicato,

cato capite ſeptimo de carnem exedentibus remediſs, memini. Conſtat autem, ærugínis & deſpumati mellis vtriuſq; vncia. quibus nonnulli addunt ſarcocollæ drachmam ſemiſſem, & ammoniaci tantundem, quæ vna cum ærugine, melle & aceto excipiunt, atque in formam vnguenti digerunt. Vetũ ſi hoc non vſq; adeo efficax fuerit, ☽ medicamen mordax ibidem a me deſcriptum, tantiſper dum plane locus expurgatus exeſuſq; fuerit, parti laboranti inducetur. Præterea affectui huic nõnunquam ferro, excindendo radicitus caruncularn illam ſuccurritur. At medici id tentantes, interdum grauiter delinquunt, ac ęgrũ, affectus differentiã non perpendentes, in magnum vitiũ inducunt. Nam in naribus quoq; cancer ſubinde naſci ſolet, quem ſine diſcrimine cum polypo confundunt. Quum itaq; hoc in loco obortus cancer, neq; mordacia fert medicamina, neq; quæ ferro fit præciſionem, conſiliũ eſt, leniter illum attrectare, & præſidiis lenientibus, & ſanguinis miſſione, & alui ſolutiõe ipſum tollere. Cognoſcitur vero, an huiuſce

☽ Meſteze beregi Ara. uocant.

modi affectus, cancer sit, ex eo videlicet, si durus est, & venas tumidas habet, & ad palatum vsq; nonnunq; prorepit. Proinde naribus siccis durisq; existentibus, ac nullo ab illis manante humore, sumopere cauẽdum est, ne cancer, aut huic similis affectus, ferro acribusue medicamentis iritetur. Verum si, quę naribus caro innascitur, laxa molliscq; fuerit, & humores e naribus profluxerint, ac si pressus nasus, mollem, neq; tactu durum sese offerat, non metuendum est, quin acrium medicaminum vsu, & ferro subueniri illi possit.

¶ De obłæsa olfaciendi facultate. Caput. xl.

Ob frigidũ hu. organis olfactus ipactum.

QVando sensus, quo odores persentimus, deperditus est, & naribus nulla superflua caro increuit, & aër solito more per nares attrahitur, & oculi sensuumq; reliquorum organa, naturalibus munijs aprectã guntur, naribus puluerem tenuissimum ex

† alias artemisia.

struthio, † cyclamine & sale ammoniaco, in spirabis. Aegro quoque, vt nares vapori excalefacti aceti admoueat, præcipies. Verum si hæc inefficacia sint, subsequens medi

dicamen naribus illinetur. Cuius compoſitio in hunc modum ſe habet. Nigellæ, fellis gruis, cucurbitæ ſylueſtris, veratri albi ſingulorum pares portiones, hæc detrita in pulueres, & vrina cameli Arabici, quantum ad contegendas medicinas ſat eſt, excipiuntur, deinde ad ſolem exiccanda repoſita, tandem in paſtillos lentium inſtar, digeruntur, exigente autem vſu, vnus illorum oleo ſampſuchi ſoluitur, naribus inducendus eſt. Siquidem hoc remedium præſẽti affectui eſt aptiſſimum. Quod ſi hoc medicamentum ſuo calore & mordaci facultate, magnum dolorẽ excitauerit, oleum ſeminum cucurbitæ domeſticæ, narium foraminibus inunges, & capiti aquam calidam liberaliter infundes. Sorbitiones quoq; actu calidæ & humectantes, ægro conducunt, ex quorum numero ſunt ptiſana, & furfurum decoctum, eaq; quæ farina & alijs frumentaceis ſeminibus, præparantur. Et ſubſequens quidem præſidium ad deperditum olfactum efficaciſſimum putatur, quod in hunc modum conficies. Cõterito nigellam in puluerem tenuiſſimũ

¶ Eius vſum docet Pli. li. 28. Ca. 8.

& cum veteri oleo ſubigito, deinde ægri capite (ore aqua impleto) quantum licet retrorſum reclinato, comprehenſi medicaminis aliquot guttas naribus inſtillato, & laborantẽ quoad poteſt, aërem ambientẽ attrahere præcipito, hocq; tribus inſequentibus diebus & ternis vicibus facito. Cæterum ſi ob medicamenti acrimoniam, roſio aliqua concitetur, ea quæ prius dolori vtilia præcepi, naribus admouebis.

Ex inflãmatione.

¶ De *dentium & gingiuarũ dolore.* Ca. xli.

SI contingat gingiuam vna cum dentium dolore cruentam ſimul & tumidam, & rubro colore ſuffuſã eſſe, tumereq; tumore pulſatili, cucurbitulis ſcoptulis, aut inferiori mandibulæ affixis, ſanguinem detrahito, prius tamen ſecta humerali vena. Deinde ore aliquãdiu acetum cum roſaceo, donec tepuerit, retinendum præbeto, quo eiecto, idem rurſus repetat, ac poſtea ſolum roſaceum frigidum ore retineat. Verum ſi ea ratione affectus non ſopiatur, fitq; cum imflã-matione pulſus vehemens, camphoram vna cum pyrethro contritam, dentium radicibus

ad

gingiuas applicato, & postquam puluis defluxerit, a saliua q; elutus fuerit, alium secundo diligenter inspargito. Præterea lanã mollem oleo rosaceo imbutam, denti applicato. Quod si dolor non remissus aliquando incrudescit, grauior q; redditur, op ĩ obolũ rosaceo læuigato, & illo circumlitam lanulam quamminime sordidam, radici affecti dentis adhibeto. Si ne sic quidem dolor requieuerit, gingiuis scalpello leniter incisis, sanguisugas admoueto. Porro si gingiua, ne q; cruenta, ne q; tumida sit, ne q; pulsatili dolore infestetur, & facies abs q; imflammatione cernatur, sed dolor a nausea, & copiosa ciborum ingestione, & cœna ægrum inuaserit, æger q; multis cibis refrigerantibus vsus fuerit, aluum catapotijs coccijs dejcito. Et dolore affectorum dentium radices, subscripto medicamine circumlinito. Quod accipit, pyrethrum, sinapi, thapsiam Indicam, nitrum, piper & zingiber, quibus in puluerem detritis, dentium radices infricabis. Lanam quoque tenellam illis inuolutam, dentium finibus circa gingiuas apponito, prius tamen

Ex frigidi humoris affluxu.

ſamen ore, aceto in quo pyrethrum, mentaſtrum, & origanum ebullierint, abluto. Extrinſecus autem panicum, ſiue milium in ſrixorio toſtum ſacculoq; infutum, genis accommodato, aut piperis puluere melle ſubacto, dentem eiuſq; radicem infricato. At ſi hæc inualida fuerint, dentium finibus, hãc theriacam ſuperponito. Caſtorei, laſerpitij, hoc eſt ſucci Cyrenaici, piperis, gingiberis, ſtyracis, opij ſingulorum pares portiones, hæc melle leuigata, denti inducito. Aegre quoque ad tempus a cibo abſtinebit, & ſub inde laconicum primam balnei partem, vt ſudor copioſus erumpat, ingredietur. Si autem nec ſic dolor ſedatus ſit, ferro candenti dentium radices ſubinde contingito, vel penitus extirpato. At eroſione tentato denti, medicamenta ſequentia, vt quæ vehementer exedant, imponito, aut in totum dentem euelliito.

Ob præſantiã ab autore theriaca appellatur.

¶ *Medicamenta eradicantia & confringentia dentes.* Caput. xlii.

MEdicamen q̃d exeſo denti immiſſum, ipſius remittit dolorẽ, ac ipſum †cõminuiſ.

†alias cõſti

minuit. Sumito herbam lactariam fœminã (quam Græci τιθύμαλλον μυρτίτην vocant) & piper, his commisce cedri resinam, dentiq; excauato imponito. Medicamen imbecillos ac dolentes dentes eradicans. Accipito radices mori, radices capparis, pyrethrum, lac tithymali, liquorem volubilis maioris (qui Græcis κισσάμπελος dicitur) cucurbitæ syluestris radicem, & auripigmentum rubrũ, & his tritis, acetum quantum vt inter se cohæreant satis est, inspargito. Et acetum quoq; vnius hebdomadæ spatio (vt exacte conglutinentur pulueres) singulis diebus pari modo, vt prius, adijcito. Deinde dentes circumquaque scalpello rasos, prædicto puluere decies in die, donec facile moueantur, diligenter illinito, eaq; ratione extrahito. Aut plusculis diebus dentem fœce acetí acerrimi, madefacito, vt mobilẽ postea extirpes. Vel fluuiatiles ranas, oleo tãtisper dũ marcescant, incoquito, & exigente vsu, dentes prius tamen circumcisos, huiuscemodi oleo illinito, ac sic dentes laxatos, instrumento ad id parato, eradicato.

* Nonnulli KebeKégira nũculũ interpretãtur.

† Potius a dens ranæ vt ridisi arboribus degẽtis.

Ad re-

¶ *Ad refrictionem & ſtuporem dentium.*
Caput. xliii.

HVic affectui portulaca & amygdala amara, vel quę viribus his reſpondent, commanducata, auxilium pręſtant. Sal quoq; ſi eo perfricẽtur, aut cera commaſticetur, non parum iuuant.

¶ *Ad dentes, qui frigidi contactu indoleſcunt.* *Caput.* xliiii.

OLeum excalefactũ linteoque exceptũ, admoueto, aut oui vitellum aſſum, aut calentem panem maſticãdum porrigito, aut balſamo oleoue iridis, dentes affricato.

¶ *De linguæ oriſque ſuperficiarijs ulceribus.* *Caput.* xlv.

SI vlcera ſanguinolenta ſint, accipito roſarum ſeminis, amyli, cinerulę, lentium excorticatarum, ſeminis ſenæ ex Mecha, ſingulorum pares portiones, camphorę pauxil-
A ſanguine. lũ, his in puluerẽ ſubactis aphthas affricato Præterea eadem quoq; aceto cum roſaceo oleo, & roſacea aqua excepta, ore retinẽda prębeto, ſanguinemq;, cucurbitulis ſcoptulis & faucibus a foris affixis, minuito. At ſi albican

albicantes papulæ ſint, ſale & melle illinito, & ſyrupum acidum vocatum, aut muriam, ad oris collutionem porrigito.

¶ De *gingiuis ſanguine humentibus*. Caput, *xlvi*.

AD gingiuas ſanguine tenuiore perpetuo fluẽtes ſanandas, accipito auripigmẽti rubri & citrini, calcis, gallarum immaturarum, aluminis ſingulorum pares portiones, his in puluerem ſubactis, & aceto peracri exceptis, informato paſtillos exiguos, & vbi vſus exigit, eorum obolum ſumito, eoq; adamuſſim detrito, gĩgiuas infricato, ac poſtq; liquor ille gingiuis aliquandiu adhæſerit, roſaceum oleum ægro retinendum prębeto. Eſt enim id præſenti affectui, tum putredini, & herpeti exedenti, qui os infeſtari conſueuit, remedium præſentiſſimum.

¶ De *laxatione procidentiaue gurguli onis*. Caput. *xlvii*.

Columella.

CVm ægro radici linguæ, aut faucibus videtur quippiam incumbere, & quando os adaperit, ſeu linguam exerit, eius gargareo laxatus elongatuſque propendere conſpici

ſpicitur, ſumito compoſitionem ramech ab Arabibus vocatam, in quam gallæ immaturæ, & vuę paſſę ingrediuntur, deinde accipito ſalē ammoniacū, ac ea in tenuiſſimū puluerem ſimul redacta, inſtrumento ad hoc apto, ſuper columellam inſpirato, atq; huius inſtrumēti mucroni narrati pulueris momēto appoſito, ad columellæ radicem ſenſim cōtingendam inſtrumentum dirigito, columellamq; eo pauxillum foras attrahito. Id autem inſtrumenti genus ab vua attollenda σαφιλήπαρτορ dicitur. Aut ſi voles ex malo punico acido, vua cum ſua carne cōtrito, gargarizationes parato. Cęterum ſi diutius ita producta propenderit, ipſiuſque pars ſuperior, qua ſcilicet palato adnectitur, tenuior extiterit, caput vero quo linguā ſpectat vuę inſtar, rotundum atq; orbiculare increuerit, radicitus eam (candenti ferro ad id parato, ac per canalem aliquem ori immiſſo) preſcindito. Caueto tamen ne priuſquam ad eam figuram perueniat, eam amputes, ſiquidem talis ſectio interdum tantū concitat ſanguinis profluxum, vt nullis præſidijs ſiſti queat.

Scribōius eius loco gallā contuſam habet.

Vua.

De hi-

De hirudinibus gutturi incidentibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus.

Caput. xlviii.

DVm quis in gutture pruritum titillationemq; experitur, & sanguis tenuis modice inde resudat; suspicio est, hirudinem deuoratam esse, præcipue si aquam cui hirudines innatant, hauserit. Aegro itaque ore magnum hiare, & linguam exerere præcipito, & linguæ basi pressa, fauces ad solem inspicito. Iam si sanguisugam prope adhærescere conspexeris, vulcella, quibus tela extrahi solent, capite eius compresso, sanguisugam euellito, talique industria ęgrum ab ea liberato. Verum si conspectum hirudo fugiat, æger subinde sinapi cum aceto gargarizet, siquidem acribus incitata, a loco cui inhęret, dimouebitur. Vel ex aceto & succo Cyrenaico, aut sale, gargarizationes ad eandem vtilitatem, ægrotanti porriges. Pręterea nigellã & sinapi trita, gutturi vtiliter ĩspirabis. Itẽ ex cepę succo gargarizationes prębebis. Cęterũ si post euulsã hirudinẽ, sanguis fluere perseuerat, ex iure cui mali

puni,

punici cortices, balauſtia & rhus coriarium incocta ſunt, gargarizationes parato. Gutturi quoq; balauſtiorum puluerem, thus, cinnabarim & amyli inſufflato. At ſi ſtomacho hirudo adhęſerit, medicamina quibus uermes propelluntur, propinato. Ex horũ quoq; genere, quæ hirudines diuertunt, prima balnei domus cenſetur, ſi illi æger tantiſp dum multa ſitis ipſum vrgeat, immoretur, ac deinde aquam frigidiſſimam, niue ſcilicet infrigeratam, ore contineat. & quum aqua tepuerit, eam reiiciat, aliamq; recipiat. Hirudo ſiquidem aliquoties frigoris cupida, ad os prorepit.

¶ De *his quæ in os, ſeu œſophagum prolabuntur.* Cap. xlix.

SI quando quod in guttur deuoluitur, œſophago, aut eius parti tanquam infarcitum inhæreat, ſitq; id, aut bolus aliquis grãdior, aut quippiam illi nõ abſimile, nimirũ quod nec aſperũ, nec anguloſum ſit, aut partibus inter ſe diuiſis conſtet, iuuat identidẽ ægri ceruicem concutere, ac liberaliter aquam tranſglutire, ea namq; ratiõe forſitan

ad

ad inferiora propelletur. Aeger prętęrea bal neum potabilis aquę ingreſſus, oleum, aut a lia emollientia ac humectantia bibat, ac de- inceps magnos bolos diglutiat. Si vero ne tum quidem in vẽtriculum procidit, inſtru mentum corporibus ex œſophago prępellẽ dis adaptatum, ori immittitur. Eſt autẽ hoc inſtrumenti genus ex plumbo factũ, quodq; cum longum ſit, retiſq; inſtar confabrica- tũ in omnem gibboſitatem facile effingitur, ac ea induſtria œſophago inuolutum corp', in ventriculum protruditur.

Multi oſ lõga cere cãdela ole o tepẽti in tincta tuntur.

¶ *Ad oblæſum linguæ ſenſum, ac deficientem motum. Caput. l.*

QVando lingua cæteris mẽbris illę ſis, torpida redditur, nulla tamẽ fe- bris, aut alius acutus & ardens morbus, æ- grum infeſtat, ſumito ſalem ammoniacum, piper, zingiber, ſinapi album, pyrethrum, her bę pedicularię ſemen, nitrum, origanum, ſac charum, nigellam, ſampſuchum aridũ, ac ex his ſimul in aqua decoctis, gargatizationes parato, interim tamen proſpiciat ſibi æger, ne portionem aliquam huius liquoris deglu tiat.

Ex pitu tę affluxu

tiat. Prosunt quoque pluribus diebus ieiuno ægro, gargarizationes ex muria Nabathææ, aut accio & pyrethro, præparatæ. Vbi vero æger os colluere his cessauerit, accipito salis ammoniaci, pyrethri, piperis, sinapis singulorum æqualia pondera, & his in tenuissimum pollinem subactis, linguam diu huiuscemodi puluere infricato. Quod si linguæ stupiditatem, auditus, reliquorumq; sensuum torpor concomitatur, laboranti præsidijs partium resolutioni dicatis, subuenies. Porro si in acutis febribus sermo difficilis fuerit, viderisque cum sermonis difficultate, extenuatam & breuiorem conuulsamque esse linguam, aqua calida in qua herbæ emollientes humectantesq; ebullierint, super colli vertebras, & auriculatio est, opportune superfundetur. Præterea partes illæ humectante oleo, infricandæ sunt, & ægrotanti oleum modice inferuefactum, ore retinendum. Et si multum temporis lapsum fuerit, ex quo sermo aboleri visus fuerit, aut si a primo ortu pri-

A nimia humiditate.

mäue

maue conformatione id euenerit, operæpre cium est indagare, an ligula faucibus lin- guam colligans, præter naturam excreue- rit. Quod si inueneris, parum eam præscin dito, ac vulneri chalcithidis puluerē ad cru- stam inducendam, inspargito.

¶ *Ad linguam in nimiam molem intu- mescentem.* Caput. li.

CVm lingua in tantam molem increuerit, vt ore retineri nequeat, fricanda est ceris, aut citrorum acido succo, aut ✣ ri- bes, aut malo punico acido, donec multa sa liua defluxerit. Ea namque ratione decre- scet, pristinæque formæ restituetur. Si ve- ro id tamen non suffecerit, aceto & sale di- ligenter linguam infricato, & si hoc quoq; inualidum extiterit, primum sanguinē ex duabus humeralibus, deinde ex venis sub lingua latitantibus, detrahito.

ζ Veteribꝰ īcogni tū, Manar dus eius lo corum icis succo vti tur.

¶ *De tumore sub lingua enato, qui ranula dicitur.* Caput. lii.

TUmore huiuscemōi maligno sub lingua accidēte, iter initia lingua sale amm oni aco, et gallis cōfricāda ē. Vbi eo tumore ī ve

Græce βάτραχος.

tusta

tuſtatem protracto, medicamine cruẽtis gin giuis dícato, lingua infricabitur, & ægrotus deinde ore acetum cum ſale contempera - tum retinebit.

¶ *Ad puſtulas ac tumores linguæ.*
Caput. liii.

HIs eiſdem remediſs quibus aphthis ſu pra cõprehenſis, & auginę medemur ſuccurritur.

¶ De *angina*. *Caput. liiii.*

AFfectum Latinis anginam, Græcis συνάγχκρ, appellatum, teſtatur inter de glutiẽdum ac reſpirandum, percepta diffi- cultas moleſtiaque. Qui morbus modo gra uior, modo leuior, pro tranſglutiendi reſpirã dique difficultatis magnitudine pronuncia tur. Quocirca quando tranſglutiendi noxæ adſunt faciei & oculorum rubor, corporiſq; repletio, in ipſius curationis initio humera lis incidenda eſt, & gargarizatio ex malo pu nico acido cum ſua carne, prę paranda. Vel gargarizationem ex ſucco malorum ſylue- ſtriũ igne incraſſato, aut rubi fructus ſucco, ſimiliter parato. Et deide ex roſacea aqua,

Ex ſangui nis copia.

cui

cui rhois decoctũ adiectũ sit, collutionẽ porrigito. Postꝙ hæc triduo diligenter sint facta, & aluus succo fructuũ veluti prunorũ, tamarindorum, cassia fistula, manna, quam veteres mel acriũ appellarũt, fuerit soluta, gargarizationes ex decocto ficuũ caicarũ, & vuarũ passarũ, vel e medulla cassię fistulę cũ hydromelite porrigito. Si aũt malũ lõgi⁹ prorogaẽ, gargarizatiõibus & ĩspiratione acriũ medicaminũ, quę subĩjciã, vtemur.

A pituito so succo.

At si nullo in facie rubore æger suffusus fuerit, & copiosa pituita ab ore profluxerit, ad hęc si ęgrotans frigida temperie sit, statim inter initia aluũ catapotijs coccijs deijcito, & acriorem clysterẽ capite de apoplexia descriptum, infundito. Sed si malũ incœperit, gargarizationes propinato ex syrupo acido, qui aceto saccharo & aqua potabili, pręparaẽ, vel ex hydromelite & pipere, & oxymelite. Temporis vero successu ex muria Nabathęę, hydromelite & sinapi, collutiões administrato. Ex eorum genere, quę malignis anginis, post aliorũ & retrahentium & euacuantium vsum, auxilium præstant,

Sũme periculosæ ãginæ cũratio.

† Alibi cum

sunt & sanguinis ex venis sub lingua latitã tibus imminutio, & cucurbitulæ, † sine cutis incisione collo affixæ. Sunt præterea collo applicãda fomenta humida, ex melle quod anacardinum supra appellauimus, idq; tantisper, dum vesiculæ excitentur. Sic quoque ad eundem vsum, ex sinapi gargarizatio, vtiliter exhibetur. Faucibus autem subsequẽtem puluerem inspirato. Qui accipit, salis ãmoniaci, pyrethri, nitri, succi Cyrenaici, mẽtastri, paries aliquot, & hæc in puluerem detrita, faucibus insufflato, aut cum hydromelite gargarizationis loco porrigito.

Hæc omnia inter initia. vitare oportet.

¶ De tussi. Caput. lv.

A calid. & sic.

CVm tussis aspera & arida cum rubore æstuq; molesta est, laboranti aqua cui violæ immaceratæ sint, cuiq; saccharum in condimentũ adiectũ sit, & ptisana propinabuntur, fabas quoq; excorticatas & spinachiam vocatam herbam, cum oleo amygdalarũ dulcium, inter cibos assumet. Aquæ autem, quæ potui porrigetur, violaceus syrupus commistendus est. In ore vero sub lingua æger retinebit globulos, qui quum ad pellẽdam tussim

ſim faciunt, a Græcis Βήχικα appellantur. Quorum compoſitio hæc eſt. Succi dulcis radicis, ſacchari albi vtriuſq; drachmę decem, amyli, tragacanthæ, amygdalarum dulcium cortice liberatarũ ſingulorum drachmę quinque, hæc nucleorum cotoneorum cremore excepta, in globulos redigito. At induſtrium eſſe oportet eum, qui medicamentum linguæ ſubijcit, vt paulatim eo liqueſcente, larynx id quod in eam defluit excipiat, quod tuſſi reſiſtens optime curabit. Porro ſi tuſſi præſens glutinoſi ſputi copia expuitioni conuenax, noxam inferat, quæ tamen febri & vehementi alui ſolutione vacat, ſubſequentes paſtilli infirmo propinandi erunt. Qui conſtãt, feminis fœniculi, feminis apij, ſucci dulcis radicis, adianti, amygdalarum amararũ, ſingulorum æquis portionibus, hæc ſimul lini feminis ſucco excepta, in paſtillos digeruntur, quorum denarij tres offeruntur. Decoctum vero, quo in propoſito affectu vtimur, quoq; iã cõprehenſos paſtillos læuigamꝰ, capite ꝙ diſtillationis ſubſidia ſcribuntur, præceptum eſt, illi tamẽ drachmę quinq;

Apituitę copia.

adianti, et hyssopi momentũ opportune adñ-
citur. Si vero eo vetustatis, & maliciei tussis
deuenerit, vt laborantem vigilñs excru-
ciet, globuli ex styrace illi porrigendi sunt.
Qui recipiunt myrrhæ, styracis, opñ, singu
lorum pares portiones, finguntur ex his glo
buli lupinorum instar, & horum vnus, aut
alter ore sub lingua retinendus, (vt elique-
scẽs deuorari queat) offertur. Aut quum ab
huiuscemodi globulis abstinetur, dormitu-
ro ægro syrupi papaueris vncia, vel albi pa-
paueris semen cum saccharo, ad manducan
dum, præbetur. Is autem qui hoc malo corri
pitur, ab omni acidorum, salsorum, austerorũ
acriumq; esu, coarcendus est. Suffumigatio
ad veterem tussim fœtidaq; sputa efficax. Su
mito aristolochiæ, myrrhæ, styracis, galbani
singulorum pares modos, auripigmenti ru-
bri quantum omnia pendent, hæc in pulue-
rem subacta, butyro vaccino subigito, ac ex
eis probe mazas pilæ instar, confingito, &
quum vsus exigerit, ieiuno ægro harum v-
nam carbonibus superpositam, per infumi-
bulum suffito.

7. secũdũ locos habes genero sũ diacodyon.

Mirifice exiccat.

De diffi-

¶ *De difficultate ſpirandi, quã Græci* ἄσθμα *appellant.* *Caput. lvi.*

DVm quis crebra tuſſi correptus, fræquenter reſpirat, quemadmodum ſolent citatiore curſu, aut vehementi exercitio fatigati, & quando ſupinus decumbit graui⁹, dũ vero recta ceruice ſedet, min⁹ afficitur, ſubſcriptum decoctum illi propinandũ eſt. Accipit autem ficuum caricarum drachmas decem, palmularum pinguium ac recẽtium, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, adianti, dulcis radicis, hyſſopi, marubij ſingulorum drachmas quinq⁹, incoquuntur ſimul tribus libris aquæ dulcis ad duarum librarum euaporationem, & deinde percolantur. Huius decocti iuris ſuſpirioſus triduo vncias quinq⁹ bibet, adiectis interim ſubſcriptæ confectionis drachmis tribus, quæ ad hunc modum ſe habet. Dulcis radicis ſucci, hyſſopi, adianti, ſingulorum drachmæ decem, cardamomi, piperis, amygdalarum amararum, ariſtolochiæ rotundæ, ſeminis vrticæ ſingulorum drachmę quinque, mellis deſpumati quod ſatis eſt. Confectio

A glutinoſa pituita pulmõis meatibus impacta.

hęc

hęc ẽñciendis e thorace recremẽtis, ꝙ aptiſſima eſt, quocirca ſeptimana vna continuo vtiliter æger ea vtetur. Deinde poſt ſinapis & mellis eſum, vomitus iritandus eſt, aluuſque catapotijs his ducenda. Accipiunt autem, agarici quantum pendent hordei grana octodecim, cucurbitæ ſylueſtris carnis grana ſex, ſucci cucumeris aſinini quantũ pendent hordei grana quatuor, dulcis radicis ſucci ſeſquidrachmam, fingãtur ex his catapotia, quæ vni propinationi ſufficiunt. Poſt hæc decoctum vna cum confectiõis vſu repetendum eſt. Poſtremo vomitum quoq; & ventris deiectionem reiterare conuenit. Et hæc vniuerſa quoad ſanitati æger reſtituatur, ſunt tentanda, interim vero, a craſſorum & acidorum & auſterorum eſu, ægrotus diligenter arcendus eſt.

¶ De lateralí dolore, quí πλευρίτις Græcis dicitur. Caput. lvii.

CVm quis in membrana coſtas ſuccingente, dolore punctili laborat, præcipue ſi tuſſis ſicca & febris illum concomitetur, competit, ſi dolor qui a ſumma humeroꝙ cum compage ad extremas earum coſta-

rum cartilaginēs est, vsq; ad cla-
uiculā peruenit, sanguinē ex axil
lari eius partis, quā dolor infe-
stat, minuere, nisi forte vniuersū
corpus sanguine plenū plethori-
cūq; fuerit. Tūc enī ex latere op
posito sāguinis detractio, nō mi
nori cōmodo celebrabit. Porro
si morbus ad dies aliq; ægrū ad-
hixerit, fluxuq; cōstiterit, sāguis
missus ex cubito affecti lateris,
remedio ē. Si aūt ad inferiora co
stārū ieruallā circa hypochōdria dolor descē
derit, aluꝰ decoctio, cap. de distillatiōe cōpre-
hēso, ducēda erit. Cęterū veriti turbationē,
quā purgatio accersere solet. præstabit venā
īcidere, deīde hordei decoctū cui saccharū ad
mixtū sit, ī potu ppinare. Qđ si tussis admo
dū arida sit, mane singulis diebꝰ iuleb viola
tū (Græcis ἰοζυλαπον appellatū) porriges.
Eius autem mixtura est huiuscemodi. Vio
larum vnciæ tres, in tribus sextarijs aquę p
diē macerantur, excolatæq; aquę, libræ tres
sacchari adijciūtur. Deiceps vero hordei de-
coctum ægrotanti non inutiliter prębebis.

Hip. & Cal. ac alij Græci fere ōnes, affluentē fluxurumque sanguinem in cōtrariū reuellētes, atq; iam in partem affluxum a loco ḡmaxime uicino una dirimātes, edirecto lateris affecti uenā etiām corpore pletho rico, ac inter initia, oportune secāt, aliter quā Ara. et eorū sequaces, quos ἀετὸς μοχθήρους merito quis appellauerit.

Et ſi ægri vires deiectę fuerint, pane modice fermentato, ac quam minime ſalſo, frigidaq; abluto, ſimul cum ſaccharo eum cibabis. Robuſtis autem viribus, hordei ius vſq; ad diē quartum ſufficiet. Vbi vero iam ſputa deiicere ęgrotans cœperit, decocto ad diſtillationes curandas a me compoſito, perpetuo ante hordei decocti potum, donec reſtituatur ęger vteris. Porro ſi febris, vehemētiaq; morbi perſeuerauerint, atq; ægre ſputa educere ęgrotus valuerit, decoctū capite de reſpirandi difficultate deſcriptum, præbebis. Quod etiam dū ęger ſaniem expuet, vtiliter adminiſtrabis. Cęterum ſi inter morbi initia ſputa valde nigra flauaue apparuerint, & ita continuata fuerint, et neq; febris, neq; calor ante ſeptimū diem ſe remiſerint, haudquaquā affectus timore vacat. Præterea ſi præter hæc, eadem ſpirandi difficultas permaneat, & ſimul audiatur in thoracis cauitate murmur aliquot, ſimiliter ſi genæ ac oculi multo rubore ſuffunduntur ac dolent, affectus in maturam mortem præcipitat. Quod ſi lateris parte exteriori, rubor aliquis ſuffuſus, tumor

Notha pleuritidis curatio.

morue conſpiciatur, & locus affectus tactu indoleſcat, ad cucurbitularũ vſum (ante ſumma cute leniter inciſa) properãdum eſt. Aut emplaſtrum ex ſinapi & ficubus recte, donec modice locum exulceret, imponetur. Prius tamẽ opportuna venæ ſectione, aut purgatione, quæ huic malo idonea eſſe poſſet, & humoris affluxi leni reſolutione, tentatis.

Sane ex imperitorũ Medicorum hallucinatione, multa huic malo accidũt augmenta, veluti quum in mẽbrana coſtas ambiente, craſſos flatus infartos coniecturantes, confectionem diamoſchum appellatam, aut huic in diſcutiendo & incidendo viribus parem, porrigunt, qua ratione medicandi, ægrum plane iugulant. Affectus porro, qui in ſpurias coſtas integente membrana, ex inflammatione oboritur, Arabibus Perſica dictione birſen (quaſi thoracis noxa) dictus eſt.

¶ De *pulmonum inflammatione, quæ* πεϱιπνευμονια *Græcis dicitur.* Ca. lviii.

QVando hominem febris ardens corripit, tantaq; inter ſpirandum difficultas oboritur, ut ſe ſtrangulari exiſtimet,

&

& quum tanto rubore malæ ſuffuſæ ſunt, ve tinctæ videri poſſint, ac dum thoracis partę anteriori grauitas, & tuſſis, et pectoris diſtẽ tio (tamen abſque dolore punctili) premunt, quodq; per ſputa deiicitur ſpumoſum ẽ, is æ ger, ſi omnia concomitentur, valentem ac a cutam pulmonis inflammationem ſuffert. Quod ſi pelliculę ipſius, quæ cum thorace ſe cundum ipſius longitudinem ſunt connexę, ſint inflammatæ, etiam dolorem punctilem æger percipit. In curationis itaq; initio e ve na axillari ⊢ dextra ⊣ ſanguinis detractio prodeſt ⊢ Nam ſola ratione plethorię, vena pertuſa, in hoc affectu iuuat. Nihil enĩ a pul monibus cordiſq; dextro ventriculo venæ ſe ctione e luci poſſe, mẽbranarũ dextri ventri culi cordis, anatomica adminiſtratio apparẽ ter demonſtrat ⊥ Deinde poſt venæ ſectionẽ reliqua curatio tentanda eſt, iiſdem, quibus pleuritidi medemur.

Aëtius in vtroq; cubito per interualla ſecat.

¶ De cruentis ac purulentis expurionibus Caput. lix.

Ex ſaucibus.

SAnguis ſi ſcreatu, aut pauco ſtrepitu, qui abſq; tuſſi eſt, educitur, nullus erit indę

ęgro metus, siquidem gargarizationibus ca-
pite ad anginam præceptis, & ratione vi-
ctus tenuiori, sanari poterit. Vomitu Ex vlti-
quoq; si erumpat sanguis, nec inde ingens culo.
ęgro formido incuti debet. Venæ sectione
namque, & astringentium vsu, quale om-
phacinum est, & rhus obsoniorum, atq; his
persimilibus, persanari hoc vitij genus po-
terit. Sumito itaque lapidis Armenij, gum-
mi Arabici, balaustiorum, cinnabaris, thu-
ris omnium ęqualia pondera, & horum dra
chmas tres simplici discocto cydoniorum suc
co subactas, proponito A quibusdam ve
ro sanguis, per circuitus quosdam, expui con
suevit, vnde non modo nulla noxa illis im-
minet, verum etiam id valetudini multum
prodest. Proinde is minime supprimendus
putatur. Sin autem cum tussi, sanguis Expecto
prorumpat, non immerito formido nos oc- re.
cupat, nihilominus tamen, ęgri curationē,
venæ axillaris sectione incipies, parcita in-
teri sāguinis missione Dein de subscriptos pa-
stillos potui porriges. Qui cōstāt, thuris, cīna
baris, vtriusq; drachmis trib⁹ et scrupulo vno

&

succini drachmis quinq, lapidis hęmatitis, ℈ terræ sigillatæ vtriusq drachmis decē, aluminis drachmis duabus cum semisse, balaustiorum drachmis tribus, opij drachmis duabus, rheobarbari Seni tantundem, ex his portulacæ succo aspersis, informantur decem pastilli, quorum quotidie vnum succo ocimi maioris, aut portulacæ lęuigatum, propinabis. At si vehementior morbus extiterit, sanguinisq eruptio increscit, alterum pastillum, ęgro somnum inituro, porriges. Crura quoq circa iguina, & brachia ad scoptulas, aut potius in tenuioribus partibus (vt pote magis neruosis & dolorificis) vinculis intercipito, ac vna summas extremasq partes ad reuellendum sanguinē, infricato. Pectus quoq, præcipue si dolore quopiam iritetur, epithematibus ex paulo ante comprehensis pastillis, aceto & aqua subactis, pręparatis, crebro illinendum est. Aegri quidem cibis, rhus obsoniorum & omphacinum, eisq pśmilia admisceto, & ℈ terram sigillatam interpositis interuallis commanducandā prębeto. Inter decubitus autem, supinus, ac p-

℈ Carent nostrę officinæ.

℈ nos lapide armenio portulacæ succo macerato vtemur

pemo

pemodum (absq; dolore tamen) erectus, maxime necessarius, ac perquam vtilis est.

¶ De *tabe quæ φθίσις Græcis dicitur.* Ca. lx.

Proprie pulmonũ ẽ exulceratio.

SI quis partium colliquationem a tussi, quæ ex diuturno morbo fit, aut post crebra cruenta sputa, aut multas puris reiectiones patitur, illi lac asininũ vtiliter potandũ porriges, at si eius facultas non detur, caprinum, cui sacchari momentum commixtũ sit, offerto. Quod etiam posteaquam aliquid panis illi adieceris, ægro esui dabis. Quin etiã si huiuscemodi generis lacte capiẽ, illud quoq; aquę loco, q̃ties sitit, propinabis. Interdũ tñ tenue ac tẽperatũ vinũ potandũ exhibebis. Cibũ vero ex auiũ, & hœdorũ carnibus administrabis. Aegrotus præterea ieiunꝰ & a cibo, balneo haudquaq; calido, sed tepẽte vtatur, solioq; dulcis aquę, diutius sine periculo immorabitur. Et inter cętera, ne aluus fluat turbeturue, diligenter pręcauere eger debet. Si quidẽ soluta fuerit, huius pulueris potu cõstringetur. Accipit autẽ gummi Arabici, lapidis Armenij, seminis myrti singulorum partes æquales, subiguntur oĩa

in puluerẽ, et eius vno die drach. tres cũ syrupo albi papaueris, & myrti succo discocto exhibent. Hic puluis ad hũc modũ in potu administratus eos qui tussi, & cita aluo laborant, strenue iuuat. Verum huic interdũ, vt maiorẽ astringendi vim obtineat, vtiliter adijciuntur ℈ xylocaractæ ex Syria, & bdellij ex Mecha. Porro si e lactis vsu, in febrim ager rapiatur, ptisana pota substracto lacte benefacit. Verũ febre conquiescente, ad lactis vsum rursus ꝓperandũ. Si aũt denuo febris molestauerit, lac fugiendũ est, & ptisana quousq; febris abigatur offerenda, qua iterũ propulsa, lactis vsus repetitus prodest. Hæc ꝙ diu necessitas vrget, quadã vicissitudie sunt faciẽda. Interea vero summo studio, ne aluꝰ lubrica fluat, prospiciendum.

¶ Sunt quorũdã astrigẽtis & ligni orũ putamina.

¶ *De cordis palpitatione. Caput. lxi.*

A calida occasiõe.

SI febris pulsusq; velox cordis tremorẽ cõcomitãt, ꝛgro axillari dextra secta, sanguinẽ detrahito, & potui pastillos ex cãphora, succo malorũ punicorũ acidorũ lenigatos prębeto. Hi accipiũt ℈ spodij, seminis cucumeris citrinati, intybi, lactucæ, portulacę, ro-

sa-

¶ Subsequẽtibus capitibus Hostrates

ſarum, ſandali albi omniũ æquas portiões, & horum ſingulis drachmis, adijcito camphorę pondus trium granorum hordei, ac his omnibus malorum ſylueſtrium ſucco detritis, informato paſtillos, & eorum quotidie duabus ſeptimanis continuis, drachmã vnam malorum ſylueſtrium ſucco detritã, in potu porrigito. Porro ſi hæc medicina morbo ceſſerit, lac ex quo butyrum preſſum eſt, ne forte continuus paſtillorum vſus noceat, potui prębeto. Alimenta vero erunt, pulli ex aceto, & vuæ immaturæ ſucco, aut alio quopiam acido condimento elixi. Syrupus quoq; acidus appellatus, qui ex ſaccharo apparat⁹ ſit, potui vtiliter dat̃. officinæ ebur cor buſtũ accipiunt.

At ſi cordis palpitatio, febri vacat, ex moſcho compoſitos paſtillos, in potu offeres. Qui recipiunt maſtiches, ſpicæ, ligni aloës, cinnamomi, caryophyloꝝ, gallię moſchatę, nucis myriſticę † cubebe, cardamomi maioris & minoris, corticis citri ſingulorum ſeſquidrachmam, moſchi obolum, his vino odoro aſperſis, informato paſtillos, qui ſyncopi ac cordis palpitationi ſtrenue auxiliantur. A frigida

† Nõ cſt ſiãt inter ſe Arabes nos ſub eo nomĩe ſemina acria habemus.

Elect

Electuarium ex moſcho ſumptuoſum, defectui animi, triſtitię, cordis palpitationi & faſtidio vtiliſſimum. Maſtiches, cinnamomi, ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocimi citrinati, ſeminis meliſſę, ſeminis ſiſymbrij, ſeminis ſampſuchi, piperis longi ſingulorũ par pondus, ex his omnibus in puluerem redactis, drachmæ decem ſumuntur, margaritarum comminutarum, coralliȝ rubri, cubebe, bombycis crudæ hoc eſt, nondum in filum contortæ intextęq; ſuccini, been albi & rubri, foliȝ Græcis μαλάβαθρον dicti ſingulorum quoque drachmę decem, moſchi Tubabetici ſyncerioris ſedrachma, omnia hæc cremore maceratarum myrobalanorum chebularum excipito. Hoc ſane electuariũ ventriculi frigiditati, ac cõcoctricis imbecillitati, mirum in modum prodeſt.

Noſtrarũ officinarum ſemen propoſito non ẽ inutile.

¶ De *cholera morbo.* Caput. lxii.

A bilioſi humoris copia.

QVando dolor punctilis atque erodens, tormina, & nauſea aliquẽ inuadunt, & ſi his adſint, aut ſubſequantur vomitus, & ventris per inferiora turbatio, aqua modice inferuefacta copioſiſſima crebro

bro propinari debet, deinde vomere oportet, digito, aut pinna ori indita. Item alui ductio ne adiuuandus est stomachus. Sin autem vomitus, & alui fluor nõ conquieuerint, ad repentem aquã rursus confugiendũ est, bilioso enim humore circũcirca adhærente, vna cũ aqua reiecto, stomachus elotus, ac leuior reditus, oblatũ sibi cibũ retinet. Quocirca vbi morbus remitti cœperit, æger in balneũ potabilis aquæ deducatur, cui vnius horæ spatio, aut pro viriũ robore, immoretur. Egresso autem balneo, & cibis concoctu facilibus, vt carnium expresso, & vino subastringẽte enutritus, ac præcordijs oleo ad id idoneo perunctis, somnũ arcessire debet. Et licet immodica ventriculi perturbatio, supra infraq; ac reliqua grauia symptomata superueniãt, nõ ideo animus adijciẽdus erit, quin potius medicinis subsequẽtib⁹ malo auxiliũ ferẽdũ ẽ. Initio itaque pastilli ex thure, aqua, aut niue & malorũ punicorũ discocto succo læuigati, semel propinandi sunt. Qui si vomitus ingruerit, secũdo quoq; porrigẽt. At hęc extremas q̃ p brachiorũ, & fœmorũ partes cir- Relicto morbo, symptomatũ cura ratio.

Paul⁹ hęc calida fieri ꝑcepit.

ca inguina, vinciri oportet. Prętęrea aquã ni ue infrigidatã, crurib⁹, & pedibus ab alto inſtillare, ac etiã in gelidã aquã deſcẽdere il liq; ĩmorari, ſtrenue auxiliat. Vẽter porro epithematis, quę ſandalis, roſis, cãphora, gal lia moſchata, ſimul roſarũ aqua aſperſis, cõficiuntur, irrorandus eſt. Confert item linteum aqua roſarum niue refrigerata ĩmerſum, ſi ventri apponatur, quod vbi tepuerit, ne cõcalefactum noceat, abiicietur, & aliud in eius locum ſuperaccommodabitur. Aut cataplaſma ex palmulis cum vitis agreſtis floribus & acacia, item hypociſtidis & mali punici ſucco, eſt inducẽdũ. Porro paulatim vinum vetus decocto malorum punicorum ſucco contemperatum, propinabitur. Et quotieſcunque ęger euomuerit, toties aliud, poſt modicum interuallum, offeremus. Cibus autem panis malorum punicorum ſucco maceratus, vna cũ vino ſubaſtringente erit, quem ſi vomitu eructet, rurſus quouſque vomitus ſedetur, panem porrigemus. Si vero animi deliquio ob ingentem euacuationem, ęger corripiatur, moſchũ hordei

dei grani instar, vino lęuigatũ dare prodest. Proinde si os clausum teneat, vi apiendũ est, & vinũ infundẽdum. Sic quoq; hœdorũ & pullorũ carnium expressum, & mali cydonij succus, vino cõmixta, vtiliter porriguntur. Præter hæc, anie ęgri nares assos pullos discerpere iuuat, si modo carniũ vaporem non abhorreat. Thus quoq; ad ventriculi retentricem facultatẽ corroborandã, ore cõmandu candũ, vt paulatim ęger id trãsglutiat, dãdũ ẽ. Postremo ℈bol⁹ Coraceſi⁹ cãphora cõdit⁹, et in puluerẽ adamussim trit⁹, atq; cũ astringẽte vino porrect⁹ iuuat. At oĩbus, quę huic malo cõmoda ꝓcepimus prędidijs, donec vomit⁹ cessęt, vẽtriculusq; alimẽtũ sentiat, erit insistendũ. Postq; vero vẽtricul⁹ cibũ amplecti cœpit, cibãdus ęger ẽ, et modicũ vini veteris, ac odori potui porrigendũ, sõnusq; ad restituẽdas vires, cõciliãd⁹. Pastilli ex thure, vomitui sacri. Boli ℈ Coraceſij, thuris ãborũ drach. x. ℈ cubebe, cardamomi vtriusq; drac. duę cũ semisse, cãphorę, gallię moschatę, caryophyloꝝ singulorũ obol⁹ informato pastillos põdere sesq; drachmæ ad vomitum efficaces.

℈ Plini. vt opinor. Tauri lyg dinũ lapidẽ vocat.

℈ Nos nostro armerio, et acri semiq; vtemur.

Decoctione quidem mali punici ſuccum incraſſatũ, ad hunc modũ apparabis. Sumito malorũ punicorũ acidorũ ſuccum, ac per no ctẽ, pauloue amplius, quod craſſum eſt, in fũ dum reſidere ſinito, deinde tantiſper dũ muſ ſi ſpiſſitudinem accipiat, decoquito, & diligenter ſpumam detrahito, ac dein ab igni re moto (tamen adhuc calenti) menthæ viridis coliculos inijcito, eoſq; cum ſuccus iã refrige ratus eſt, extrahito. Ad huius formã cydonl orum malorum, & malorũ ſylueſtriũ acidorum ſyrupos fieri decet. Si autẽ vomitus aliquoties inualuerit, proruperitq;, cucurbita magna cũ multa flãma, ori ventriculi affixa, ac vi abſtracta, eaq; ſecundo ac tertio agglutinata, plurimum ægro auxiliatur.

¶ *De uentriculi imbecillitate. Cap. lxiii.*

Ob frigidã diſtẽ, periem.

VEntriculi imbecillitas ſi cum modica ſiti, & longa cibi in ventriculo mora, ructibuſq; acidis, agrũ affligit, & ſymptomata hæc pauca, neq; admodũ vetera ſint, vẽtriculus paſtillis ex roſis confectis, ſanitati reſtituetur. Quorum æger ſingulis diebus mane denarios duos, & totidem obolos, cũ

vncia

yncia seminũ incidentiũ decocto dissolutos, deuorabit. Seminũ aũt decoctum in hũc mo dum prẹparatur. Cumini Nabathẹę & am meos viriusq; drachmæ duæ, in mina aquæ tantisper dum ea rubescit incoquuntur, de qua deinde cum pastillis ex rosis ægro mẽ- sura supra comprehensa propinatur. Pastilli vero ex rosis accipiunt, puluerís rosarum ru brarum drachmas tres, ligni aloés, spicę ma stiches, casiæ ligneæ, iunci odorati, cinnamo mi, absinthij singulorum drachmam vnam, hæc vino veteri consperſa, in pastillos redi- guntur. Verum interim æger alendus est, ci bis q̃minimum humectantibus, & concoctu facilibus, parumq; excrementitijs, ex quorũ genere pulmenta aromatibus & odoratis incidentibusq; seminibus prẹparata, & alij qui simul & calefaciunt & incidunt cibi, sunt. Aegrotanti præterea, ante cibum mul ta exercitatio, minorq; solito aquæ frigidæ vsus, & postq; cibus in ventriculi fundũ de- scenderit, profundus somnus, illito prius vẽ tre oleo nardino, magnope iuuãt. Vino aũt veteri & mero parce, ne cibus in ventriculo

fluctuet, vteſ, atq; omnino victꝰ rationẽ ex
A maio ſi cauſa. tenuabit. Qd' ſi hæc ſympromata ĩueterauẽ
rit incruduerit q;, electuarij ex cumino & ele
ctuarij ex thure vtriuſq; ſeſgdrachma, cũ vn
cia vini veteris ac meri dilua, recte exhibe-
bit, & victus ratio eadẽ cũ paulo ante præ-
ſcripta inſtituetur. Electuarium ex cumino,
Cumini Carmaniani drachmæ cẽtũ, zingi-
ber alibi al- beris drachmæ vigĩti ſpiperis drachmæ de
bi additur cem, foliorũ rutæ, nitri naturalis & integrio
ris vtriuſq; drachmæ decẽ, omnia deſpuma-
to melle excipito, & huius antidori, ſi aluus
non reſpõdeat, portionẽ aliquam porrigito.
Sin autem cita ſit, electuarium ex thure præ
beto, cuius compoſitio infra capite de vẽtris
profluuio deſcribitur. Porro ſi hæc ineffica-
cia fuerint, ferri recrementũ vino lęuigatum,
aut potius quæ ex eo eſt, compoſitionem da
to. Præparabis quidem ſtercoris ferri cõpo-
ſitionem, ad hunc modum. Seminis apĩ, ſe-
minis fœniculi, aniſi, cumini, ammeos, ſ' a-
Arbor apud A niuden, origani, ligulſtici, cari, ſeminis coria-
uic. ſub no dri, piperis nigri, piperis longi, cinnamomi,
caſſe, thuris, ſpicę, caryophylorum, nucis myriſti-
cæ,

cæ, cyperi, zingiberis singulorũ sesquidrachma, stercoris ferri drach. quindecim, omnibus vini centuplum addito, & ad dimidias decoquito percolatoq;. Eius percolati medicamenti ægrotanti drachmas triginta ex vino administrato, ac vna victus rationem tenuiorem instituito. Hæc tribus septimanis commode repetuntur, & recte ab acidis & recentioribus fructibus, & frigidæ aquæ potu, abstinetur, vinumque moderate vtiliter propinatur. Cataplasma ad ventriculum calefaciendum corroborandumque multum efficax. Sumito styracem, spicam, iuncum rotundum, absinthium, calamum aromaticum, mastichen, & ea vino veteri & cydoniorũ succo aspersa, in cataplasma ventriculo superinducendum, dirigito. Adhæc optime facit ventriculo ex oleo nardino & cyprino frictio illinitioq;. Quinetiam & lana succida prædicto oleo tepente imbuta, linteoque ventriculo superligata multum iuuat. Potui autem ægrotanti vinum vetus calidumq;, aut hydromel propinabitur. Ieiuno vero ægro, aut salte[m] tri[bus]

horis ante cibū, diacydoniū (Arabibus mīua appellatū) mediocris myſtri modo dādū eſt. Apparatur aūt ex malis coroneis pharmacū hoc modo. Ex malis coroneis maiora iucundioraq; & mínus acerba, quæ videlicet ſtruthia appellantur, eligito, expreſſumq; eorū ſuccū, diē & nocte totā, quo reſideat relinque, deinde eo percolato, ex puriore ſucco partes duas ſumito, ſacchari partē vnā, vini veteris vnā, & lente ſupra prunas, donec mellis ſpiſſitudinē recipiant decoquito (hac enim craſſitudine ſtomachica medicamēta præparari ſolent) deinde ſpumā diligenter auferto. Poſtea ad ſingulas totius libras accípies, zingiberis, ſpicę, cinnamomi, caryophylorum ſingulorum drachmā vnā, maſtiches drachmas duas, quæ oīa in pulueren tenuiſſimū detrita, lineoq; panno illigata, adhuc feruēti decocto, inijcies, & quum a prunis amotū refrixerit, linteum diligēter expreſſum eximes, ac medicamen ad hunc modum vſui futuro recondes. Quod ſi concoctionis offenſæ adſint, cibi faſtidium & nidoroſi oletoſique ructus, vocatum coloncorum malorum acidum

Cale. & Alex. pulueres inijciūt.

A calida intēpe-

dum syrupũ propinabis, quẽ ad hunc modũ cõficies. Succi coroncorũ acidorũ pars vna, sacchari albi totidem, aceti albi ac perlucidi quarta pars, oĩa simul tanti sper dum iustam spissitudinem obtineant, decoques. Sanc hic syrupus ventriculum corroborat, & præter ꝯ quod eius munia ad actionem excitat, vehementẽ quoꝯ eius inflammationẽ, & ꝯstũ mirifice reprimit. Aegro autem cibus, qui simul & acidus, ac austerus sit, præparabit, cuius generis est caro cum immaturarũ vuarum & malorum syluestrium acidorũ expresso, & ꝯ ribes decocta, & columbæ quoꝯ ventrẽ mẽtha infartum habentes, cũ momento salis & omphacino decoctæ, aliaque aciditate & austeritate his correspondẽtia, alimenta sunto. Præterea puluis hic crebro sumendus offertur. Qui accipit, rosarum rubrarum drachmas decem, spodij drachmas tres, feminis coriandri drachmas quinqꝫ huius pulueris drachmę duę succo malorũ punicorum acidorum, & syrupo acido cydonij orum insparsæ porrigunt. Cęterũ si paulo ante dictis symptomatibus corporis macies

* Nos acetosa uocara herbã vtemur.

A ficca & calida ĩperie.

cies

cies inflammatioq; adsint, laboranti lac & hordei decoctũ ꝓpineť, ac herbis humectãtib⁹ refrigerantibusq;, ex q̃rũ gñe lactucę, malue, cucurbitę & citrinati cucumeres sunt, æger enutrieť, nõ nimis liberaliter tñ. Iã etiã hœdorũ et lactantiũ agnorũ carnes, et recentes in petrosis aquis degẽtes pisces, ęgro ex vsu sunt. Ad hęc balneũ ieiunus, et a cibo cõscendat, eiq; ad tẽpus immoreť, aut in dulcis aquę tepẽtis solio indies desideat. Vinũ etiã plucidũ & perq;dilutũ bibat, ac subĩde geti se det, motũq; oẽm et exercitiũ fugiat. In sũma victus rõ, ac reliquũ viuendi genus tale sit, qd' obesitatẽ pariat. Sed si hũc affectũ inflãmatio, æstusq; vehemẽtissimus cõcomitetur, vẽtriculo refrigerantibus ĩunctioni bus, vt oleo quod immaturæ vuæ fuderunt, & melino, atq; violacei momẽto, succurres, & hordei decoctum potui præbebis, ægrotãtiq; eandem medendi rationem cum hectica febri correptis, institues.

Abitẽtio re intẽperie.

¶ *De oris uẽtriculi dolore, ac inflãmatiõe. C. lxiiii.*

SI oris ventriculi dolorem, eiusdem subuersio, & erosio nauseaq; subsequantur

ægro,

ægro liberaliori aqua modicè inferuefacta porrecta, vt vomat (digito, aut pinna oleo madente, in fauces inserta) præcipiemus. Cæterũ si hoc inualidũ fuerit, aluus hiera picra, vt in ventriculi tunicis impactũ succũ expurgemus, ducenda est. Accipit aũt amarũ hoc medicamẽ, pulueris rosarũ rubrarũ, spicæ, mastiches, ligni balsami, fructus balsami, cinnamomi, casiæ ligneæ, asari singulorũ drach. quinq, aloës rufi coloris iocinoriscq; modo cõcreti duplũ oĩm, quod diligenter detritũ, alijs simplicibus medicaminibus læuigatis, & incerniculo ex tenuissimis setis, aut serico constructo, cribratis, commiscetur, atque rursus omnia simul cum aloë conteruntur. Huius autem quantitas, ab aureis duobus ad denarios duos vsque, offertur. Laborãti quoq; quotidie panẽ vino austero, & mali punici succo supra descripto, cotonei orũq; acidorũ syrupo, maceratũ, præbeto. Si aũt dolori acidorum & flatuosorũ ructuũ copia ventriculique distentio, ac singultus affuerint, exhibeto electuarium diacymininum, & diacalamenthes, & alia consimilia, quibus

Absq; inflã. a calido humore.

Differt a Gal. 7. methodi.

Ob frigidũ succũ & flatus.

quibus discutiendi vis adest, quæ capite de intestini laxioris vitij præsidijs persequar. Cibi autem ægri erunt pulmenta aromatibus & calefacientibus seminibus apparata. Potui quidem pauxillulum vini veteris et meri propinabitur. Exercitia quoq; & medicamentosarũ aquarũ balnea nõ mediocriter iuuant. Quinetiã ventriculum penicillo nardino oleo, aut quopiam alio calefacien

Cũ inflammatione.

te, & subastringente, imbuto, fouere conducit. Porro si oris ventriculi dolorẽ, febris vna cum manifestæ inflammatiõis indicijs, et ęstu, q tactu deiudicari possit, subsequantẽ, mox inter curationis initia, axillari dextra secta, sanguinẽ detrahito, & dolenti loco sandala, rosas & camphorã, simul rosarum aqua, & coroneorum succo læuigata, superaccommodato. Ægro vero præter ptisanã nullum cibum offerre debes, pinde a carnium esu, & cõpositionibus ex melle cõfectis in primis arcendus est. At corroborandi gratia, interdum malorũ punicorum acidorum succum, & cum qui ex reliquis fructibus frigidam & astringentem vim possidentibus,

decoqui

decoquitur, vtiliter propinabis. Siquidem inflammatio oris ventriculi & iocinoris astringẽtia desiderant, nam si solo relaxante præsidio curationem tentes, vitæ periculũ intuleris. Aestus porro vehementia remissa, cassiam fistulam intybi succo dissolutam, & simul cum eo decoctam, ac diligenter a spuma liberatam, ægro offerre conducit.

Scirrhi vẽtri. curatio.

Cum vero longius morbus prorogatus fuerit, & ardor omnino quieuerit, inflammatio autem in duritiem & scirrhum decidarit, emplastrum istud affecto loco superliga: to. Violarum aridarum drachmæ decem, rosarum rubrarum drachmæ quinque, spicę odoratæ, mastiches vtriusq; drachmæ tres, cyperi, iunci rotundi, calami aromatici cuiusq; drachmę duę, farinę fœnegræci drach. viginti, Horũ chamæmeli, seminis althææ, hordeaceę farinæ, singulorum drachmæ decem, omnia seminis lini succo aspersa, in emplastri formam redigito, ac horis quatuor ante ciborum ingestionem, ventriculi regioni superinducito, ventriculo prius nardino oleo foto. Deinde concocto & e ventriculo depul

depulso cibo, ventriculi locus, lana nardino oleo immersa, vti iussi irrorandus est. Con

Oleũ nardinũ. fectio quidem olei, seu vnguenti nardini simplicis, in hunc modum se habet. Olei glandis vnguentarię, quod proprie balaninum dicitur, libra, spicę semuncia, mastiches, costi, cyperi, iuncí rotundi, calami aromatici singulorum drachma vna, vniuersa hæc in pollinem subacta, dictoq; oleo iniecta, soli septimana vna, in vase obturato ore, exponuntur, & deinde percolantur. Porro fæces sordesque manibus inhærentes, cataplasmatibus proposito vitio dicatis, admixtæ,

Abscessꝰ cura. plurimum iuuant. Cęterum oris ventriculi inflãmatione in tantam vetustatem protracta, vt in abscessum erũpat, pastilli ex spica propinati, optime faciunt. Accipiunt quidem hi, florum iuncí rotundi, casiæ lignęę, rheobarbarí Senî, calamí aromatici, spicæ cuiusq; drachmas tres, crocí, myrrhę, anisi, costí, piperis singulorum drachmam vnam, bdellij varij drachmas tres, mastiches drachmas duas, ammoniací drachmam vnam, fingunturex his pastillí pondere ses

qui

quidenarij, quorum quotidie vnus sapa detritus exhibebitur. Emplastrum ad prædictum affectum valde efficax, quod hac ratione præparatur. Bdellij mollis drachmæ decem, ammoniaci drachmæ quinque, glandis vunguentariæ drachmæ decẽ, apij seminis tantundem, spicæ, mastiches nigræ vtriusque drachmę quĩque, ceræ drachmæ tres, olei nardini drachmę quindecim, gummi vino subastringente diluitur, & ei omnia cõmixta, in emplastrum digeruntur. In vẽtriculi itaque & iocinoris affectibus profligandis, Medico erudito & natura sagaci, opus est, vt qui accurate ipsorum dispositiones distinguere, ac curare queat. Nihilominus quamtumuis succinctus fuerim, capita & rerum summas, quæ his affectibus præsidio esse possent, hoc nono libro persecutus sum.

Emplastrũ laudatissimũ

¶ De singultu. Caput. lxiii.

QVando singultus post crassorum ciborum ingestionem, aut vini perquamdiluti copiosiorẽ vsũ, inuadit, aqua calida, cui cuminũ, mẽtha, mẽtastrũ et thuris pau-

A flatu. et crudo succo.

pauxillulũ incocti ſint, crebro in potu offerẽ da ẽ, & ęgro, vt ſibi ſomnũ cõciliet, pręcipiẽ dũ. Vẽtri quoq; veſicæ, ac ſacculi hutuſcemo di decoctis ſeminibus, & herbis calefacienti bus diſcutiẽtibusq; impleti, ſuperligãdi ſũt. Quinetiam & eiſdẽ vẽtriculꝰ opportune ir rigabitur. Aeger aũt tenuiſſimo victu, eoq; incidẽte, enutrietur. Cũ vero pluſculis diebꝰ moderatiori cibo ægrotantẽ alueris, in laco nicũ primam balnei domũ ſubinde ipſum du ces. Itẽ inſecutis aliquot diebus, illi ſiccã tia & flatus diſcutientia alimẽta, præbebis. e quorũ albo ſunt, pulmẽta aromatibus semi nibuſq; calefacientibus ac incidentibus cõdi ta, & aſſi mõtani paſſerculi, & pauxillũ vi ni meraci potui ei tũ offeres, ne forte vini co pia, cibi fluctuationẽ in ventriculo creet. At ſi hæc non vſq; adeo valida fuerint, paſtillos ex thure porrigito. Quos ad hũc modũ confi cies. Accipe thuris drachmas quinque, inu lę cãpanę drachmas tres, mẽtaſtri, foliorũ ru thę aridorũ vtriuſq; drachmas duas, ſeminis †ſiſymbrij drachmas tres & ſemiſſẽ, his de tritis & hyſſopi ſucco ſubactis, ĩformato ex

†alias ne mẽ hoc ẽ ſerpilli.

illis

illis pastillos sesquidrachmæ pondere, & eorum vnum in die, cumini decocto læuigatum, propinato. Porro si singultus cum tremore, aut nausea, aut siti, aut oris summa ariditate, post febrim superuenerit, aquam modice feruefactam, nõ liberaliter, sed pedetentim, sorbillandam dabis. Et si tali auxilio haud quaquam malum propellitur, aquæ cui hordeum incoctum sit, vna cum oleo amygdalarum dulcium porrigenda est. Quiẽtiam vertebras ceruicis & dorsi, humectãte oleo tepente perungere, infricareque, non mediocriter conducit. Aegrotanti vero potus, ex herbæ pulicaris seminis, & violarũ, & malorum punicorum dulcium succo, modico saccharo adiecto, parabitur. Præter hæc singultui, qui ex repletiõe ẽ, ac sternutatiõi, spiritus compressio, q̃ plurimum confert,

Ex singultu

¶ De canino appetitu. Cap. lxvi.

SI quis assidua fame crucietur, & tamen cibus assumptus ita grauat, molestusque sit, vt eum mox, aut vomere, aut per inferiora deijcere cogatur, oryza illi vtiliter edenda porrigit, cui sanies ab agno in fornace assa

Ab acido succo

pendentes ſinguli drachmam & ſemmiſſẽ. Radicum quidem ius, hac ratione præparatur. Cortiçum radicum apij, ſeminis fœniculi, iunci rotundi, ammeos ſingulorum drachmæ quinque, roſarum rubrarum drachmæ tres, ſpicæ odoratæ tantundem, omnia in aquæ libra ad tertias buliuntur, ac ita decoctum ius cum commemoratis paſtillis aſſumitur. At ſi inflammatione abſceſſuue iecur conflictetur, eiſdem auxilijs, quibus oris ventriculi inflammationi & abſceſſui medemur, illi ſuccurrendum eſt.

¶ De *morbo regio, qui & ἴκτερος dicitur.* Caput. lxviii.

A iocino vſ calore

MOrbo regio ſi febris affuerit, intybi, & ſolani ſucci, & hordei decoctī ius, potui offeruntur, & cucurbitis domeſticis, atriplice, cucumeribus citrinatis, & alijs herbis infrigidandi facultate his paribus, æger enutrietur. Iccinori vero emplaſtrum inflammationem arcens, quod duobus ſandalis conficitur, illigato, ac aluum prunorum & ℞ tamarindorum ſucco & ſaccharo deijcito. Quæ ſi minus efficacia fuerint,

Auct. inter medicamina ſteribus incognita numerat.

paſtil

pastillos ex camphora succo punicorum ma
lorũ acidorum detritos, præbeto. Pastilli de
camphora. Sacchari, spodij, rosarum rubra
rum cuiusque drachmæ tres, seminis inty-
bi, seminis cucumeris citrinati, seminis cu-
curbitæ, seminis lactucæ, seminis portula
cæ, sandali rubri cuiusque drachma vna, fin
gito ex his pastillos drachmas duas penden
tes, & horum vnum quotidie cum cam-
phoræ obolo, aut minus pro morbi, ac vi-
rium ratione, propinato. Si æger sangui-
ne plenus, multo tempore venam non se-
cuit, vena axillari dextra pertusa, sanguinẽ
detrahere expedit. Quod si arquatus ci-
tra febrim contingat, aluum catapotijs his
(postquam leuiora tentaueris) recte purga-
bis. Aloës drachma vna, scammonij sesqui
obolus, agarici scrupula duo, succi eupatorij
scrupulum vnum, hæc intybi succo excepta
in catapotia dirigito, et vna dosi exhibeto.
Insuper pastillos ex cancamo, radicum inci-
dentiũ decocto subactos, præbeto. Porro si
bilis suffusio in morbo regio oculos dehone
stare nõ cessauerit, eger subinde acetĩ acer

rimo

A meatu botura tione.

Satisfe curit du bes.

non mediocri auxilio ſunt. Qui recipiunt, ſucci baccarum acidæ ſpinæ drachmas decem, ſeminis intybi, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis portulacę cuiuſcꝫ drachmas tres, roſarum drachmas duas, rheobarbari Seni drachmam vnã, ſpicæ ſedrachmã, redigito hęc in paſtillos pondere drachmæ & ſemiſſis, atcꝫ eorum vnum ſyrupo acido ſacharo præparato, aut malorum punicorum ſucco ſolutum, propinato. Aluum quoque ſi neceſſitas vrget, ſucco fructuum, vt prunorum & tamarindorum, ac ſaccharo albo, dejicito. Porro ſi viciatus color, iocinoris dolorem ſubſequens, cũ virore albicans mediuſcꝫ inter colorem colliquatione laborantium partiũ, & colorem tumidarũ, extiterit, præterea ſi ægrotanti aluus laxa fluxerit, et palpebrarum, ac ſummarũ partium tumor, digitorũ tactui cedens, ac laxitas affuerint, paſtilli ex rheobarbaro Seni, ſyrupo acido melle compoſito ſubacti, porrigendi ſunt. Hi conſtant, maſtiches, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, ſeminis fœniculi, aniſi ſingulorum drachmis duabus, rheobarbari Seni drach

Ab intẽp. aut materia frigi.

drachmis decem, digeruntur in paſtillos pō dere drachmæ vnius & ſemiſſis, atq; eorum vnus quotidie cōmemorato ſyrupo dilut⁹, propinabitur. Præter hæc, emplaſtrū ad præ ſentem affectum efficax, ad hūc modum præ parabis. Accipito ſpicam, maſtichen, cyperū, iuncum rotūdum, calamum aromacitum, cro cum & myrrham, deinde myrrham vna cū maſtiche in vino odorato ſubigito, ac alijs his commixtis, finge emplaſtrum, iocinoriq; ſuperinducito. Interim vero a cibis craſſis, refrigerantibus, multamq; pituitam gignen tibus, ægrotantem arceto. At ſi huiuſcemodi ineffícacia fuerint, paſtillos ex ℈ cācamo ra dicum decoctorum iure ſolutos, exhibebis. Recipiunt aūt paſtilli ex cancamo. Cācami, rheobarbari Seni vtriuſque drachmas tres. ſpicę, ſeminis apij, ammeos, maſtiches, iunci rotundi, baccarum iuniperi, amygdalarum amararum, coſti amari, rubiæ ſatiuę, ſucci eu patorij, aſari, ariſtolochię rotundæ, gentianæ cuiuſq; ſeſquidrachmam, cancamo & eupa- torij ſucco vino ſubactis, reliquiſq; medica- minibus illis admixtis, formantur paſtilli, pendē-

℈ hodieno ſtrates of ficinę la ca cā vocāt.

Quidā ad dnnt ſabi nam.

emanans, pinguedinis loco cõmixta sit. Ad hæc caudæ, & agnorum pedes, & qui his visositate & pinguedine respondent cibi, ac commode offeruntur. Vinum quoq; vetus quodq; impense calefaciat liberaliter (vel nõ sitienti ægro) haustum optime facit. Deinde his deuoratis, vt ingesta euomat, ægre tanti præcipiendum. Ac isto curationis modo, tantisper dum ab omni malo liberetur æger, vt vtatur, consilium est. Sin vero a cibo nulla molestia afficiatur, neq; per vomitum neq; per aluum illum dejiciat, carnes bubulę & alia concoctu peruicacia edulia, porrigenda sunt. Quocirca triticum pultis instar elixum, et oryza cum lacte decocta, accõmode exhibentur. Potui autem gelida aqua detur. Quinetiam optima ratione, æger in aëre frigidiori ac perspirabili delitescet, & ab omni acidorum & austerorum atq; acriũ esu, abstinebit, solisq; dulcibus ac glutinosis enutrietur.

Ab immodica transpiratiõe, aut calido succo.

¶ *De iocinoris dolore. Caput. lxvii.*

SI decoloratus aliquis, corporis ineptum habitum, ac dolorem dextri lateris sub

Ex item pe, aut humore calido

by

hypochondriis, ad nothas ac posticas costas, comites sibi habuerit, & si color, quo suffu ditur suppallidus conspicitur, magna quoq; oris ariditas ingensq; sitis ægrum torquẽt, hordei decocti ius, & herbarum infrigidan tium succi, syrupo acido ex albo saccharo de cocto diluti, vtiliter porrigentur. Huius au tem generis herbarum, sunt intybum, sola num, & amplexicaulis. A foris autem, fo- & Theo phrasti li tus, ac aspergines ex duobus sandalis, rosa- nodera. rum floribus, camphora & momento spicæ in aqua rosacea simul detritis, præparatos, ad hunc modum accommodabis. Accipies linteum aliquod, & hoc liquore refrigeran te & subastringente imbutum, loco laborã ti superinduces, et priusquã tepescat, illo a- moto, aliud in eius locum applicabis, par- temq; diligenter irrorabis. Potui vero ma lorum punicorũ succus, ac similes decoctio- ne incrassati succi, facultatem refrigerandi obtinentes, exhibiti prosunt. Quare æger a vino, & his quæ melle condiuntur, ac ca- lefacientibus incidentibusque cibis, arcẽdus ẽ. Itẽ pastilli ex acidę spinę baccis porrecti,

rimum olfaciet, & naribus ſolio inſidens i-
dem attrahet, & mirifice iuuabitur, ſi preſſis
naribus pauliſper id contineat. Oculis quo-
que icſtero cum febri laborantis, aqua ro-
facea inſtillanda eſt. Præter iſta arqua-
to implicito, in mali declinatione, tribus
hebdomadibus lactis ſerum potui porrectũ,
non paruum præſtat auxilium.

N. S iu tili
tur ſeo i-
cidentia
macera-
ris.

¶ De *aqua inter cutem, quæ ὕδρωψ*
Græcis dicitur. Caput. lxix.

ἀσκίτης

CVm poſt iocinoris dolores & febres,
abdomen intumeſcere cœperit, ac ſu-
men (quod ſpatium inter vmbilicum & pe-
ctinem eſt) prominere, & huius regionis cu
tis extenuari, albeſcereq; viſa fuerit, & quũ
concuſſo abdomine talis auditur ſonus, qua
lem percuſſi vteri aqua non omnino pleni,
elidere ſolent, ſicq; vna cum his vrinæ ruffę
ſint, parua adipiſcendæ ſanitatis ægro ſpes
reliqua eſt, potiſſimum ſi is virium robore
deſtituatur. At cui vires conſtant & ven-
ter quoq; aridus eſt, catapotia ex rheobarba-
ro Senĕ chamæleam in earum mixtura reci-
pientia, porriguntur. Habẽt autem huiuſce

modi

modi catapotia, rheobarbari Seni, ſucci eupatorij, ſeminis ītybi cuiuſcꝫ drachmas tres, agarici drachmas quinque, chamęleæ drachmas decem, finguntur catapotia, quæ vt plurimum quantitate drachmarum ij duarum cum ſemiſſe, accõmode ſingulis ſeptimanis exhibẽtur. Cæterum viribus proſtratis, paſtillos ex chamęlea præbeto. Qui conſtant, ſeminis intybi drachmis decem, chamęleæ drachma vna, agarici ſcrupulis duobus, ſucci eupatorij tantundem, roſarum † ſeminis cucumeris citrinati vtriuſcꝫ drachmis duabus cum ſemiſſe, hęc in decem paſtillos redigito, ac eorum vnum in die ſyrupo acido ex ſaccharo prępparato dilutum, offerto. Aluo autem cita profluente, paſtillos ex acidæ ſpinæ baccis, ſyrupo acido læuigatos, porrigito. Aegrotantem præterea montanis auiculis aſſis enutrito, & potui ſuccum cotoneorum cum pari ſacchari portione & quarta parte aceti decoctum adminiſtrato. Verum ſi aluus plurimum lubrica fuerit, vt ſympto mati occurras, impermixtum cydoniorum malorum decoctum ſuccum, propinato.

Sufficeti rit. ʒ. 1. et ſõ

† alias nucleorũ cydoniorũ

Cęte

gidę vſum ſubducito. Emplaſtrum ad lienis ſtatus, eiuſdemq; ſimę partis duriciem, optime faciens. Foliorum rutę drachmę decem, nitri, mentaſtri aridi vtriuſq; drachmę tres, ammoniaci drachmæ ſeptem. ammoniacum vino veteri ſubigito, & ea cętera perfuſa, in emplaſtrum digerito, lieniſq; regioni faſcia, aut inſtita illigato.

¶ De *morbis inteſtini plenioris & tenuioris hic* Εἴλεος, *ille* κώλικος *Græcis dicitur.*

Caput. lxxi.

Ileus a frigi. humore

SI ventris dolor, vna cũ eiuſdem aſtrictione, & ciborum faſtidio offendit, abſq; tamen omni ardore, & febri, ea quę aluum citra vomitus iritationem ducunt, porrigenda ſunt, cuius notæ electuariũ ex gallia moſchata eſt. Quod accipit, maſtiches, caryophylorum, zingiberis, piperis nigri, piperis longi, cinnamomi, nucis myriſticæ, & gallię moſchatæ ſingulorum drachmas decem, ſeãmoniį drachmas decem, deinde exprimitur coriandrorum acidorum & recentiũ ſuccus, quí æqua mellis portione, donec medicinarum ponderi ambo reſpondent, commiſcetur, &

Paſtilli fiũt, & adhibentur ex oriẽtalibus pharmacopolis, Marinar.

del

deinceps simul omnia, pedetentī supra prunas, ad debitā crassitiē decocquūt. Quātitas aūt præsentis antidoti vna vice exhibēda ē, inter drachmas duas, & duas cum semisse. Quod si dolor vehementi ciborū nausea vacat, & æger deuorata medicamina vomitu haudquaq; diuertit, catapotia ileo morbo sanè exhibētur. Quæ cōstāt, cucurbitæ syluestris, sagapeni, vtriusq; drachmis decē, scāmonij drachmis trib⁹ & scrupulo, singūt catapotia, ex quibus oboli quinq; administrant, hęc etenim tenuioris intestini morbū depellunt. Cęterum si ileus in tantum seuiat, vt aluum ducentia pharmaca inualida sint, ęgroranti hanc infra scriptam glandem subdes. Salis fossilis drachmę decem, medullæ cucurbitę syluestris drachmę duę cum semisse, scammonij tantundem, his melle lęuigatis, informato glandes ad longitudiuem longanonis, ac ita subijcito. At si nihil auxilij præstiterint, clysterē hunc lenē (vt sua mora fæces emolliat) infundito, qui accipit, ficus caricas quinque, furfuris manipulum, altheæ

Sic quoq; collyria, seu glandes flatulentis spiritibus amouendis dicatæ, & alia a me capite ad coli intestini vitium remedia describẽda, q; maxime accommoda cẽsentur, Proinde clysteribus ex huiuscemodi glandibus liquore quopiam detritis, vti expediet. Item ventrem etiam aspero linteo tantisper dum rubor excitetur, perfricare, & clysteres ex oleo rutaceo infundere consiliũ est.

¶ De *lienis dolore.* *Caput. lxx.*

Ab inflammatione.

SPlenis dolorem si æstus, & vrinæ ruffę febrisq; subsequantur, infra scriptorum pastillorum portionem ęgro porriges. Pastilli ex agno casto. Seminis agni casti, fructus tamaricis vtriusq; drachmæ decem, seminis intybi drach. quinq;, seminis portulacæ tantundem, his aceto acri detritis, informato pastillos, & eorum vnum drachmarum trium pondere, aut alias pro morbi magnitudine, syrupo acido ex saccharo prępparato, subactũ, porrigito. Si vero ægrotantis venæ vniuersi corporis sanguine distentæ turgent, venã axillarem sinistram, aut eam, quæ ab hac ad sinistram manum, inter paruum ac anularẽ digi-

digitos repit, secabis, & sanguinem quantũ pro laborantis corporis habitu satis esse con ieceris, fluere sines. Lieni quoq; frustum hu ius generis panni, quem vulgo filtrum vo- cant, aceto imbutum apponatur, & a dulciũ crassorumq; esu æger abstineat. Porro si absq; ardore quopiam lienis dolor, ęgrotan tem torquet, pastilli de capparibus appella- ti, summe auxiliantur. Recipiunt autẽ, corti cis radicũ capparis, seminis agni casti vtriusq; drachmas decem, scolopendrij drachmas septem, aristolochiæ tenuis, foliorum rutæ, seminis nasturtij, acori, nigellę singulorum drachmas tres, ammoniaci drachmas tres, ammoniacum aceto diluiẽ, & ęteris omnibus eo aspersis, finguntur pastilli drachmarum duarum pondere, quorum vnus syru- po acido melle cõposito, et radicum iure maceratus, potui datur. Porro si intensus tumidusq; splen fuerit, & cum premitur rugitus aliquis sub tangentis manu auditur, iã comprehensos pastillos, radicum decocto dilutos, præbeto. Potui autem vinum vetus, ac meraculũ porrigito, et quoad fieri potest, frigidæ

Afri. hũ more.

Exẽplũ

Cæterũ ſi a morbo vrinarũ rubor, & æſtus, & cutis ſuppallidi coloris ſuffuſio, abfuerit, ſubſequentia catapotia magno auxilio deglutiuntur. Conſtant autem hæc. Chamæleæ, ſagapeni vtriuſq; ſedrachma, ſacchari, columbarum ruraliũ fimi vtriuſq; obolo vno. Largiter quidẽ hæc catapotia aquam ducunt, ac per inferiora mirifice protrudunt. Paſtilli præterea ex cancamo, radicũ incidentium elixarum iure diluti, propinandi ſunt. Emplaſtrum quod aquæ ſubter cutem ſpeciei ἀσκίτης ab vtero ſic dicte, ſtrenue auxiliat. Farinæ hordeaceæ, cyperi, ſtercoris ouilli veteris, nitri naturalis, lapidis Armenici cuiuſq; æquæ portiones, ſulphuris viui momentum, quibus omnibus muria, aut acero mulſo ſubactis, toti abdomini emplaſtrũ adaptatur, quod inſigni vi, in exiccandis humoribꝰ pollet. Cæterum ſi in palpebris, aliiſq; ſummis corporis partibus, digitorũ tactui cedentes tumores (ὑποστάξ κε. ὀιδήματα Græci vocãt) oborian tur, & teſtes quoq; intumeſcãt, & facies vna cũ totius corporis habitu, laxa ſpongiarũ inſtar, et albida pituitoſaq; emortui ſimilis appareat

pareat, hydropis ſpecies ἀνάσαρκα et λευκοφλεγ
ματία appellata, hoẽm affligit. Aegro itaq; hac ĩplicito, paſtillos ex cãcamo radicũ deco
cto ſubactos, porrigo. Aluũ aũt ſigulis ſepti
manis, catapotĳs ex rheobarbaro ſubducito.
Ad hæc, ægrũ ſabulo arenaq; excalefacta ſa-
burato, ac exercitiũ vehemẽs, et frequens in
ſole, & famẽ ſitimq; egrotanti præſcribito.

Porro ſi vẽter inflatus, diſtẽtuſq; fuerit, & τυμπα
cõcuſſus tympani crepitum ædiderit, aquæ νίτης.
ſubt cutẽ ſpeciẽ τυμπανίτην dictã, adeſſe certũ
eſt. Qua, q ĩplicitus ẽ, ab oĩ olerũ vſu, et fla
tus gignẽtibus cibis, circũcidendus ẽ, & ab-
domẽ eius indies panico toſto, et momẽto ſa
lis, ac furfurib⁹, ſacculo ĩſutis, fouẽdũ. Huic
prẽterea cucurbitulæ leues, cũ multa flãma
crebro toti vẽtri ſuffixẽ, maxĩe ꝓſunt. Quĩ-
etiã remedia diſcutiendis digerẽdiſq; flati-
bus inſcripta, et ad vrinas efficacia, eligẽda
ſunt, e quorum genere ſunt diacyminum,
& ex baccis lauri electuarium, quod capi-
te de ilei morbi curatione, proſequar. Dein-
de huic quoq; egrotanti, multa exercitia, et
fames ingens, ſtrenue auxiliantur.

Sic quo

cantũdem, betæ folia decem, hæc linteo illigato, ac in libris duabus aquæ ad dimidias de coquito, deinceps per linteum colato, & sesquidrachmam nitri, & olei sesamini vnciam vnã illi adijcito, sicq; apparatum enema injicito. Verum si hoc infusum acrius reddi desideres, iam comprehensę glandis drachmam & semissem ei contemperato. Clyster strenue fæces subducens, & superfluos succos abstergens, quo aluo medicamentis non cedente, nèq; alias illis adiuuantibus vtimur. Carnis cucurbitæ syluestris drachmę decem, centauri drachmæ quinq;, vtriusq; cyclaminis speciei drachmæ duę, mentastri, rutæ, origani cuiusq; manipulus vnus, omnia in aquę libris tribus ad duas tertias decoquuntur, & percolato decocto, cõmiscẽtur ℥ resinæ cedrinæ, mellis singulorũ drachmæ tres, castorei, sagapeni, opopanacis, pręscriptę glandis cuiusq; drachmę duę, omnibus pistillo contusis & iam tepidis, clyster injicitur. Cęterum si aluus induratum, ac quasi in nucleos diuisum stercus (quod Gręci σκύβαλα appellãt) minime egerit, in clyste-

(Sic Leonicen⁹ alchitrã vocat)

ris

ris vsu, donec illud expellatur, persistẽdum est. Siquidem comprehensum enema, in ileï intestini vitijs atrocibus ac vastis, & seuo colico affectu, qui cum magno ciborum prostrato appetitu, nullaq; per aluũ deiectione, affligit, vtiliter subijcitur. Præsentem quoq; tenuioris intestini affectum, præter tradita symptomata, fœtidi ructus, & fæcum nonnunq; per os eiectio, concomitari consueuerunt, quæ quum hominem affligunt, mortẽ subinde minitantur. Porro si ventris dolor, tam ingenti alui constrictione vacat, sed si flatibus distentus venter, murmure multo ægrum, molestia afficiat, electuarium ex baccis lauri porrigitur. Hoc recipit, Foliorum rutæ aridorum drachmas decem, ammeos, cumini, liguistici, origani, nigellæ, cari Alexãdrini, puleris mentastri, dauci, acori, baccarum lauri, castorei cuiusq; drachmas duas, sagapeni drachmas quatuor, opopanacis drachmas tres, excipiuntur omnia mellis æqua portione, & eius electuarij nucis auellanę, aut alterius paruę nucis Indicæ instar, indies datur, cum vini veteris & feruefacti

Colicus ex flatu.

℞ Electuaria uocata ſub antidoti noīe cõprehendere licet.

vncia, aut radicum incidẽtium decoctorũ iuris vncia. Hoc ℞ electuario ad digerẽdos flatuoſos ſpiritus, nihil eſt efficacius. Praterea glandem hanc ſpiritibus depellendis ac diſcutiendis idoneam, aluo indito. Cumini, foliorum rutæ viridis vtriuſq; tantum quantum manus apprehendit, vtriuſq; cyclaminis ſpeciei drachmæ tres, nitri drachma vna, deterito hæc melle & lanam ſpongiamue illis circumlitam, in anum dimittito. Abdomen quoq; penicillo, calidiore flatuſq; diſſipante liquore, imbuto, ſubinde foueto, ac irrorato. Quinetiam agrum in labrum huiuſce modi flatus diſcutiendi vim obtinens, deducito. Si vero his malum non cefferit, cucurbitulas magnas cum flamma & leues toti abdomini defigere, locumq; rudiori ac aſpero linteo, perfricari præſtat. Deinde crebræ inunctiones, ex rutaceo oleo, aut alio huic in calefaciendo finitimo, non alienæ ſunt. Iã quoq; caſtorei & euphorbij vtriuſq; ſcrachma, liquore quopiam læuigata, clyſteris forma vtiliter infunditur. Qui autem hoc malo teneri conſueuit, dum ſanus eſt, a vini diluti

&

& frigidę aquę potu, & herbarum, & lactis, & aliorum flatuosos spiritus gignentium a limentorum esu, se arceat. At vini meri potu vtatur. Philonium, quod ileosis ad discutiendos flatus, & soporem sensitiuæq; facultatis stuporem inducendum, propinatur, cũ scilicet summis tenentur cruciatibus, animi q; deficientis suspicio ingruit. Piperis, ammeos, follorum rutę, mentastri, castorei, baccarum lauri, cumini cuiusq; vncia vna, opij, mãdragorę, feminis alterci singulorum semuncia, subiguntur simul cum mellis pari modo, porrigitur vero eius medicamenti sesquidrachma. Plerumq; etiam huic pharmaco commiscetur, scãmonij tertia pars vnciæ vnius, vnde & aluum quoq; citat. ⊢ Philonis vero Tharsei anodynon habet, croci drachmas quinq;, pyrethri vnã, euphorbij vnam, spicę nardi vnam, piperis albi, alterci vtriusq; drachmas viginti, opij drachmas decem, excipe melle, & ad eos qui stercora in maximis doloribus per vomitum reiiciunt, dato magnitudine fabæ, externis aut quaternis cyathis aquæ frigidæ. ⊣

Eyo fecũ dũ locos Gale. & 9. sermõe A, etij, resti[illegible] ri defi[illegible] ptio.

Cęterum ſi dolori febris adſit, caſſia fiſtu la ſucco intybi decocto ac deſpumato, diluta, ægro offertur, potui quoq; ſyrupus violace⁹ dandus eſt. At cibis quibus herbæ emollien tes adiectæ ſunt, oleoq; amygdalarum dul⁹ cium præparatis, enutrietur. Item leuiores infuſiones, vt ex oleo in quo fœnogræcum, aut althæa ebulierint, & anſerino adipe, ab inferioribus partibus ęgrotanti inijcientur.

Ex ſángui ne.

Porro ſi locus abdominis, qui a ſiniſtro rene ad dextrum, per ventriculi fundũ cin⸗ cturæ modo pertinet, tumidus conſpicitur, & laxum inteſtinum quoq; inflammatione correptum apparet, ſine mora aperta dextri cubiti vena, ſanguis minuendus eſt, & caſſia fiſtula herbarum refrigerantium ſucco ſub⸗ acta, ſubinde propinanda. Item ſi tenue in⸗ teſtinum inflammatione infeſtetur, eadem præſidia præſtanda ſunt. Cibus vero ægro huiuſcemodi colí vitio per circuitus qnoſdã torquerí ſolito, conueniet, qui herbis aluum emollientibus præparatus, oleum quoq; ſeſa minum in condimentum accipit. Ab omni porro acidorũ, auſterorum, craſſorũ, aluũq; aſtrin

astringentium esu, in totum abstinendũ ẽ.

Victꝰ ratio in doloribꝰ ex flatibus.

Eum vero quem cum dolore flatus quoq; implicare solent, pulmẽtis aromaticis speciebus, aut calidioribus incidentibusq; seminibus conditis, nutrire conuenit. Proinde econtrario ab olerum, lactis, & flatus excitantium ciborum ingestione, abstinere ex vsu est. Potui vero vinum vehemens incorruptumq; propinabitur, aut hydromel, cui medicamina incidentia excalefacientiaq; in cõdimentum iniecta sunt, ex quorum numero piper est, porrigetur. Huiuscemodi autem hydromel, quod subijcitur est. Commiscebo mellis puri libram, aquę potabilis libris sex, & tantisper dum zulapou crassitiem ambo recipiant, decoquito, spumamq; detrahito, q diligenter peracto, ad singulas libras hydromelitis, piperis contriti drachmas duas linteolo illigatas, quousq; hydromel adamussim decoctum sit, immittito, & vbi refrixerit, diligenter expressum linteolum eximito, poscente quidem vsu, eius portionẽ propinato. Eos quoq; quibꝰ ex flatibus & crassis crudisq; humoribus dolor esse consueuit,

strenuę

ſtrenue iuuat, ricini fructicis oleum, recen
ti ſeminum decocto contemperatum. Præ
ſens quidem ſeminum ius accipit. Amme
os, cumini, ligulidi, cnidi, origani, nigellæ
cuiuſq; quantum trium digitis comprehen-
ditur, hæc aquæ libris tribus immiſſa, ad di
midias decoquuntur. vſus autem eius eſt, ſi
ipſius vncijs duabus, olei ricini drachmas
tres diluens, pluribuſq; diebus ea quantita
te, potui porrexeris. Verum ſi dolorem
ardor concomitetur, fumito pruna vigin-
ti, ficus caricas quinq;, vuarum paſſarum ab
acinis mundatarum drachmas quinq;, deco
quito & percolato, ac poſteaquam caſſiam ſi
ſtulam in eo decocto ſubegeris, ſecundo per
colum traijcito, & amygdalarum oleo adie-
cto, potandum porrigito. Vel decoctum in
capite de diſtillatione commemoratum, ei⁹
loco offerto. Cæterum ſi aluus vehementer
aſtricta fuerit, huic iuri adijcientur filiculæ,
turbit viriuſq; drachmę duæ, & his ſimul
decoctis, tantiſper dum aluus reſpondet, ve-
temur. Poſteaq; vero cita ea profluxerit, po-
lypodium, & turbit amouebunt. Puluis

qui

qui alunm ducendo ſimul ſtatus, & grauita tes reprimit. Turbit albi et amygdalarū dul cium oleo irrorati, ac in puluerē adamuſſim cōtriti drach. viginti, ſacchari drach. trigin ta, zingiberis drachmę decē, huiꝰ gdē pului ris vt plurimū drachmæ ℈ tres offeruntur. ℈ Sufficerīt duæ.

Catapotia quorū vnum deuoratū, ventrem deijcit, & appetitum inciitat, & flatuoſos ſpiritus grauitateſq; reprimit, ad hæc ciborum concoctionem iuuat. Maſtiches, zingiberis, cinnamomi, caryophylorum, pæoniæ, piperis nigri, piperis longi, ſcammonij, ſacchari, violarum cuiuſque vncia vna, finguntur catapotia cicerum inſtar, & eorum vnum tranſglutitum aluum ſemel biſue deijcit.

¶ *De uentris profluuio. Ca. lxxii.* A calido humore.

QVando aſſumptus cibus ſolita mora in ventriculo non retentus, citius paululum immutatus egeritur, & ſi huic vitio inteſtinorum, & ani muſculorum ob excrementorum acrimoniam eroſio, & ventris cruciatus affuerint, præterea quoque, ſi huius alui pfluuij excremēta ante ciborū

ingeſtio

ſngeſtionem excreta, ſaniẽ quampiã admixtã habeant, ęgrotanti ex immaturis vuis decoctiõe inſpiſſatus ſucc⁹, aut ☞rebes, aut malorũ punicorũ cũ ſpodĩ & roſarum vtriuſq; drachma vna propinabitur. Paſtilli quoque ex ſpodio aſtringentes identidem vtiliter oſferuntur. Cibi porro ſunto lenticula cum aqua, aceto & croci momento decocta, & pulli cum aceto elixi, idemq; aſſi, & omphacino intincti. Potui vero rhus obſoniorum roſacea aqua dilutum, aut malorum punicorum ſuccus exhibebitur. Præterea cibis rhus obſoniorum in condimentum accipientibus cibabit, & breuiter totã victus rẽm ad refrictionẽ & aſtrictionẽ dirigere conſilium eſt. Cęterũ ſi abſq; huiuſcemodi eroſione aluus lubrica moleſta ſit, ſi quoq; quod fluxu egeritur nullam ſaniem admixtam habeat, ſed viſcoſum, & albidum glutinoſumq; id cerni tur, præter hæc etiam, ſi inflammatio modica, ſitis exigua & ructus acidi affuerint, laboranti beęam, & ſinapi, & ſalitos piſces aliaue incidendi vim poſſidentia, adminiſtrabis, & deinde anethum ſimul cum ſalis mo-

& Nos aſteroſęvocatæ herbæ vtemur.

A crudo & fri. ſucco.

momento, in aqua decoques, & posteaquam percolaueris, adijcies percolato iuri, mellis quod satis est, & sic post incidentia pituitam ingesta propinabis, eoque pacto digito, aut pinna ori indita, vomitum prouocabis. At si affectus, ob humorum copiam ventriculi tunicis imbutam, illo curationis modo non conquieuerit, pituitam ducens, pharmacum præbebis. Cuius generis qd iam subsequitur censetur. Aloés drachma vna, cucurbitæ syluestris carnis drachmæ quatuor, sacchari tantundem, tnrbit drachma vna, ex his formantur catapotia, quæ ℥vni propinationi sufficiunt. Ad hæc vomitu ex incidentibus sæpius vti expedit. Cibos autem, quibus æger vescitur, in muriam intingere iuuat, vt inde incidendi & calefaciendi vim obtineant. Proinde quo & cibis sale conditis, ac acri gustu prędítis, breuiter suo calore appetitum incitantibꝰ edulijs, opportune ægrum cibabis. Si id quod per aluum deijcitur, nihil superflui bilioſi nihil sanioſum, nihilque pituitoſum admixtum habeat, vinum merũ robustũq; offe-

℥ Potius tribꝰ, & ĩ robusto corpore.

Ex naturalium facultatũ ĩ becillitate a fri, et humi, ĩtẽpe.

offeretur. Similiter electuariũ quoq; ex thure prębetur, quod accipit, thuris drahmas decem, piperis, ammeos, ſpicę, liguſtici, aniſi, nigellæ cuiuſq; drachmas duas, balauſtiorum drachmas decem, mellis diſpumati quantum ad prędictas medicinas excipiendas ſat eſt. Huius vero antidoti vſus probatur, quoniam ventriculum impenſe calefaciat, mirificeq; exiccet. Seminum quoque decoctum, ad plenioris inteſtini morbũ idoneum, propinabitur, viniq; meri potu ęger aſſuefiet. Cęterum ſi aſſumptus cibus crudus haudquaquam egeritur, ſed aquoſa quędam, & alba tenuiſq; ſubſtantia excernitur, vna cum iocinoris imbecillitatis notis, ęgro ex ferri ſtercore electuarium, & id quod ex thure fit, porrigentur. Et paſtilli quoq; quos calefaciẽdo iocinori inſcripſi, & electuarium diacalaminthes, vtiliter adminiſtrabuntur. Diacalaminthes autem cõpoſitio eſt huiuſcemodi. Foliorum rutæ, foliorum calaminthę exiccatorum, ammeos, carí, ligueſtici, zingiberis, cinnamomi, longi piperis ſingulorum ęquę portiones, omnia de-

Ob iecoris obſtructionẽ & attrac. imbecillitatem.

Differt a Galeni. 4. de ſanitate tuenda.

cí

cocto melle excipiuntur. Item præter hæc ad ea quæ calefaciendo corroborandoq; iocinori comprehensa sunt, recurrendum.

Ex uētriculi egra ciliū intestinorum vitio.

Porro si commoratus affectus, iocinoris imbecilli indicijs caruerit, sique quod fluxu egeritur, tenue subalbidumq; vna cum ventriculi grauitate extiterit, malorum punicorum puluis dauorandus dabitur. Præparatur autem, ex acinorum mali punici a cidi, assorum & in tenuissimum puluerem actorum drachmis centum, cnici, seminis coriandri vtriusq; in aceto acerrimo maceratorum, ac deinceps torrefactorum drachmis viginti, ℞ xylocaractæ, rhois Syrenaici, balaustiorum cuiusq; drachmis decem, omnia in tenuissimum puluerem teruntur, qui deinceps transglutiendus offertur. Electuarium quoq; Cazi inscriptum, opportune offertur. Cuius mixtura in hunc modū se habet. Acinorū vuę passę i tenuissimū pul uerē tritorū libra vna, baccarū mirti aridarū, ac pari ratiōe subactarū librę quiq;, xylocratę Nabathææ, balaustij seminis tamaricis, ammeos singulorū drachmæ decē, confi

℞ Opinor quorundā lignorum astringentium putamina.

plasma

ciuntur omnia ſaccharo arũdinibus innato, ſeu apum melle quamexactiſtime ſpuma li-berato, & deinceps huius portio pro morbi magnitudine prębetur. At ſi defluuij ali-ui recrementa flaua, & anum mordicantia inueniantur, & ęger ſiti febricę corripiatur, paſtilli aſtringẽtes ex ſpodio, & aqua crudæ pollentę hordei, proſpere porrigentur. Paſtil-lorum autem aſtringentium ex ſpodio mix-tura, ad hunc modum ſe habet. Roſarum ru-braruw, ſpodij ſinguſorum drachmę decem, ſeminis rumicis, rhois Syrenaici, balauſtij, gũmi Arabici cuiuſq; drachmæ quinq;, re-diguntur in paſtillos drachmarum duarum pondere, quorum vnus vncia decocto cydo-niorum ſucco, & ſextante ſucci plantaginis diſſolutus, potui datur. Aquam quidem po-lentæ hordei, hac ratione prępparabis. Horde-um confractum, in aqua quæ ipſum tegit, tã-tiſper dum aqua modice inſpiſſetur; decoqui-to, deinde percolato, & eius vncias quatuor cum ſpodij, & gũmi Arabici vtriuſq; drach-mis tribus dilutas, porrigito. Quod ſi ven-tris fluxui inteſtinorum exulceratio ſerpen-

Obſtipatio ventris.

Dyſenteria.

do de

do depascens, superuenerit, lapidis Armenij puluerē deuorandū exhibeas. Qui cōstat, seminis herbæ pulicaris drachmis viginti, seminis plantaginis drachmis decem, gūmi Arabici, lapidis Armenij vtriusq; drachmis tribus, pulicaris herbæ semine torrefacto, omnia simul cum illo in puluerem subiges; ac eum in aurora drachmarum trium pondere, cum discocto coroneorum succo, potui porriges, ac somnū inituro ęgro, tātūdē ꝓbe offeres. Inter cibos q̄dē administrabis pulmentum, cui punicorum malorum acini, & vuæ passæ, & posca adiecta sint, prę terea eū, qui ex omphacino conficitur, & qui rhus Syrenaicum in condimentum accipit. Similiter quoque ex herbis aluum emollientibns, cū rhoi præparatum edulium, & id genus alia, edenda appones. Ad hęc pastillos de balaustijs continuæ leuitati intestinorum (quæ Gręcis λειεντερία dicitur) dicatos, si modo aluus continenter fluat, propinabis, nec refert, an eius ventris profluuij recremēta sanguine tincta, intinctaue sunt. Recipiūt itaque pastilli commemorati. Gallarum, sili-

Potui lac scissū porrectū ab Alex. probatur.

qua

liquarum Nabathææ, seminis tamaricis, thuris, balaustij singulorum æquas partes, opij, gummi Arabici vtriusque partem dimidiam, his cydoniorum malorum succo aspersis, informato pastillos duarum drachmarum pondere, atq; vnum si neq; siti, neq; febri crucietur æger, vino læuigatum, prębeto. Præsenti autem febri, decoctione inspissato cotoneorum succo detritos propinato. Sane hi pastilli in magnis & continentibus alui fluxibus, vt efficacissimi commendantur. Pastilli tenesmo sacri, qui malignis flatibus, & murmure infestantib⁹, absente tamen calore, porrigendi sunt. Seminis hyoscyami albi, seminis anethi, seminis fœniculi, singulorum drachmę quinque, ammeos drachmæ duæ cum semisse, opij drachmę tres, seminis apij drachmę decem. hæc vino subacta in pastillos redigito, ac vnum sesquidrachmę pondere vino læuigatum, potui offerto. Compositio electuarij de styrace, vetusto ventris fluori, & tenesmo cum flatibus malignis, absque febri, & ardore infestāte vtilissima. Castorei, opij, asari, styracis

Tenesm⁹.

styracis liquidę, myrrhę, seminis alterci nígri, thuris cuiuiusq; æquę portiones, mellis quantum ad simplicium medicinarum exceptionem sat est, huius quidem pondus inter duas drachmas & tres, vt plurimum propinabitur. Si tenesmus post decimũ diẽ protractus fuerit, nec medicamina quicq; præsidñ attulisse cernantur, & ægrum circa pectinem dolor aliquis exerceat, ad subscriptum clysterem recurrendum est. Panacis, oryzę, lentiũ, qbus tribus cortices detractię sint, rosarum siccarum, balaustiorum, calicũ glandium cuiusq; manipulus vnus, oĩa tribus libris aquę potabilis ad dimidias incoquunt̃, & deinceps ꝓcolant̃, infuꝑ sumunt̃ cerussę, cineris chartę Babylonicæ, aut si eius facultas nõ est, cineris alterius chartę vtriusque drachma vna, lapidis Armenij sedrachma, vitellus cui affus indurauisq;, olei rosacei semuncia. hæc oĩa iã narrato decocto subacta, cõmixtaq;, semel bisue clysteris forma, ægrotãti infundunt̃. Porro si tenesmꝰ i vetustatẽ icideri, ac nullꝰ sanguis, sed rasura alba & muccosa, seminum cremori non absimilis, pi-

A putri pituita.

profluxerit, pharmaco putredinibus ſiero, capite quo gingiuarum putreſcentium curationem perſecuri ſumus deſcripto, rectiſſime ad hunc modum veteris. Portionem aliquam eius medicamenti in paulo ante deſcripto decocto ſubigito, & clyſterem vnum atq; alterum in aluum ex eo dimittito. Qđ ſi alui profluuio vehemens eroſio ventris comes ſit, enema ex oleo roſaceo egelido, tanriſper dum curetur, ſubinde iniiciendum ẽ.

Ad fri. affectum vtile eſt.] Epithema quo venter vehementi & continuo profluuio afflictus, ac virium robore languidus, illinendus eſt. Galliæ moſchatę, acaciæ, cyperi, myrrhę, gallarum, cupreſſi, thuris omnium partes æquales, his vino veteri & ſubaſtringente, aut cotoneorum ſucco aſperſis, venter crebro irrorandus eſt. Huic quoq; nonnunq; panis bis coctus ex Syria commiſcetur. Cæterum ſi morbũ ardor concomitetur, epithema quod ducbus ſãdalis, roſis a fibris liberis, lapide Armenio, nuce Indica, galla, pane bis cocto & ſucco malorũ punicorũ acidorum, aut cotoneorũ, aut ſucco myrtino, conſtat, pręſidio erit. Si

aũt

autem vehementi teneſmo æger tenetur, ſæpeq; ad ſeceſſum properat, tamen nihil niſi forte muccoſum quid egerit, glãs iſta ſubiicienda eſt, ſiquidem mirifice teneſmum ſenſoriæ facultatis torporem inducens, ſedit. Thuris, lyciĩ, croci, gummi Arabici cuiuſq; drachma vna, opiĩ drachmę duæ, informãtur ℞ glandes, quæ ano induntur.

¶ De *urinæ difficultate. Cap. lxxiii.*

QVod ſi vrina modica excernit̃, aut in totũ ſupprimitur, nullo tamen in inguinibus apparẽte tumore, & nullo præſente dolore, qui aut renes, aut vrinæ meatus, infeſtet, infra ſcriptis medicaminibus vrinæ ciendæ vim poſſidentibus, ſubueniendum eſt. Cuius notæ, hoc quod modo ſubiicitur eſt. Seminis apiĩ, nitri naturalis, rubiæ ſatiuę, apiĩ Macedonici, baccarum iunipe-ri, ſeminis aſari, ammeos, ſeminis fœniculi, ſpicæ, amygdalarum amararum cuiuſque drachmę vigínti, ſeminis melonum drachmę decem, cantaridum quarum ℥ alæ & capita abiecta ſunt drachma vna, ammoniaci drachmæ tres. Ammoniacum víno diſ-

Alex. ad nuclei pi nei magnitudinẽ pauloue maiores eas fieri præcipit. A partiũ debilitate

℥ Fuchſias ſinẽ das autũ mat.

luitur, ac eo reliquis exceptis, formantur formulæ auellanæ nucis instar, quarum portio inter drachmam vnam & tres vna propinationi ex cicerũ decocto offertur. Sane hoc medicamen habitus molliciei, eiusdem laxitati, hyposarcę, eijciendisq; his quorum occasione corpus exiccari consueuit, accommodum censetur.

Ab externa causa.

Si vrinæ difficultas a casu, aut fœmorum, aut ani circumiacentiumue partium plaga, apprehendit, ægrotanti sanguis axillari vena periusa (partita interim sanguinis missione) detrahetur, & locus affectus egelida aqua, & calidioribus oleis ad medij diei spatium irrorabitur. Aeger quoq; ad vrinæ excretionem cohortandus est, quam optime spiritus retentiõe, & musculorum octo abdominis compressione, perficiet.

At si suppressio vrinæ vesica plena ac intensa, molestet, præsertim post sanguinis, aut puris eruptionem, medicamina, quæ grumos sanguinis, & pus discutere colliquareque solent, propinanda sunt. Medicamen grumis sanguinis, & pure vesicæ amouendis vehementer generosum. Cardamomi, myr-

myrrhæ, rubiæ sariuæ, qua vestes inficiuntur, baccarum iuniperi, ammoniaci, liquoris Cyrenaici singulorum æquę portiones, ammoniacum fœniculi succo, aut simili aliquo læuigatur, & eo alia excepta in catapotia digeruntur, ex quibus drachma vna quater in die, cum comprehensi seminum decocti vncijs tribus, propinatur. Syrupus quoque acidus aceto acerrimo præparatus, subinde porrigendus est. Ad hæc per syphonẽ aqua sale diluta, aut lixiuium opportune injicitur. Compositio autem lixiuij ad id efficacis, ad hunc modum præparatur. Cineris † ilicis, cineris sarmentorum, fęcis vini vstæ, calcis cuiusq; debitæ portiones, his aqua quousq; tegantur, superadditur, sicq; triduo seponuntur, deinde illis per colum transmissis, lixiuium recondi tur, & eius modica portio per syphonem in vesicam demittitur. Cnici etiam folia, et blitum cum modico olei amygdalarum decocta affecto loco superaccommodantur. In solio præterea incessus, cui chamæmelum, stichas Arabica, sampsuchus & sisymbrium

† alias glandium

incocta ſint, ægro ſtrenue auxiliantur. Potest quoq; huiuſcemodi ſolium ex braſſicarũ ſummitatibus, & blito, & ſtercore columbino in aqua decoctis, adaptari. Sane in his decoctis quoad per vires licebit, magno præſidio æger deſidebit, atq; ex iam comprehẽſis herbis, cataplaſmata ac fotus inguinibus & circumiacentibus partibus, vtiliter inducet. Quando autem ſolio inſedit, ea quæ vrinas citant ac mouent, potui dare confert. Verũ ſi hæc vniuerſa inefficacia ſunt, ad inſtrumẽtum vrinis eliciendis aptum (ſyphonem, aut catheram vocant) recurrendum eſt. Si vẽro vrinæ difficultas poſt calculi indicia oboriatur, ægrum ſupine procumbentem, pedes ac genua varijs motionibus in altum cõquaſſare concutereq; decet. Cæterum ſi vrina nõ profluxerit, operæ precium erit, & hic quoq;, ad depellendum calculum colli veſicæ orificio incumbentem, inſtrumento (quo in veſicam demiſſo vrina emollitur) auxilium præſtare. Percauendum tamen, ne veſicæ ceruix inflammatione tentata, eius inſtrumenti dimiſſione iritetur. Ad ſuppreſſam vrinã

inter

inter cętera mirifice conducunt, fręquentes in labro calidiore inseſſus, & ex oleis calidioribus emollientibus q̄ crebræ inunctiones. Item medicamenta vrinas mouentia epota pręſidiū præſtant. Maxima igitur diligẽtia ab acidorum, auſterorum, craſſorum q̄ eſu, ęgrotantem circumcĩdere, conducit.

¶ *De renum & ueſicæ calculo. Ca. lxxiiii.*

LApidem veſicæ declarant, continuę ęgri pudendorum infrictiones, & ipſorum frequens tentigo, ſubituſq̄ ipſis obortus languor, præterea cum crebra mingendi difficultate, vrinarum propulſio, in quo affectu longanum quoque a veſicæ calculo compreſſum, interdum procidere ſolet.

A craſſo terreoq̄ humore ignea caliditate incraſſato.

At calculum renibus innatum, teſtantur laborantis cum vrinarum in principio ſuppreſſione, vehemens renum & meatuum p quos vrina e renibus in veſicam diſtillat, & circumiacentium partium, & inguinum dolor, & aluus initio aſtricta, & ciborum nauſea. Calculo quidem in veſica increto, hæc infra ſcripta compoſitio vtilis eſt, quoniam ad comminuendum lapidem etiam vetuſti

vetuſtiorem, mirifice efficax eſt. Et egò quoq; eius vſu, magnum lapidem minori quadraginta dierum ſpacio, confregi. Habet autem ea ſe in hunc modum. Fructus balſami, ſeminis raphani, dauci, ſeminis apij Macedonici, corticum radicum opopanacis, corticum radicum capparis, amygdalarum amararum, baccarum lauri, iunci rotundi, cyperi, ſpicæ Indicæ, caſiæ lignææ, ſcolopendrij, ſeminis rutæ ſyluestris, gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, aſari, cardamomi, ammoniaci, ſagapeni, bdellij, piperis, acori omnium æquæ portiones, gummi in balſami liquore diluti quantum ad excipiendas medicinas ſat eſt, ex his fingunt̃ globuli, & ſingulis dieb⁹ eorum drachma ſeminum incidentium decocto ſoluta, propinatur. Nonnunquam & obulus cinerum ſcorpionum vna cum eis porrigitur.

Scorpionum cinerem.

Scorpionum porro cineres, in hunc modum apparari ſolent. Accipiuntur ſcorpiones, qui in ollam fictilem repoſiti, & olla diligentiſſime obturata, ſuper tegulam in furnum non vſque adeo calidum dimittun-

tur,

tur, ibique ad ſex horarum ſpacium ſinuntur, & inſuper exempti, ac in tenuiſſimum cinerem triti, vſui futuro reponuntur. At æger decocto cicerum, & cibis aromatibus ſeminibuſque calidioribus præparatis, alendus eſt, a lactis vero, & caſei aliorumque craſſorum, & glutinoſorum ciborum eſu, reuocandus, quoniam eorum ſuccus facile in calculum a caliditate induratur. Præterea conſcendet æger ſolium, cui braſſicarum folia, ſampſuchus, & blitum, abrotanum, mentaſtrum, columbinum ſtercus, & medulla ſeminis cnici incocta ſunt. Quinetiam inguina ſcorpionum oleo inungenda ſunt, atque eius momentum in veſicam per ſyphonem infundendum. Oleum ſcorpionum. Ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticis radicum capparis cuiuſq; vncia vna, hæc in libra olei amygdalarum amararū ſoli expoſita, marceſcere ſeptimana vna ſinunt, deide expreſſa percolant, in cuius percolati libra' inijciunt ſcorpiões decē, & iam oīa rurſus in vaſculū adamuſſim occluſum, ad ſolem duabus hebdomadis

reponūt

& Viridē nīę ſpinachię reſpōdet.

reponuntur, dein per colum traijciuntur, & futuro vsui reconditur oleum. Quum itaq; hoc genus olei q̃ optimum ac laudatissimũ ad propositum affectum existimatur, eius portio per guttulas in ægri penem postquã e solio descenderit, rectissime inditur. Cęterum si lapis in vesica impendio increuerit, illi nullum, nisi a manuali incisione, qua euelli queat, remedium præstari potest. Verũ huius sectionem perscribere, nostri propositi libri limites haudquaquam admittunt.

Apud Pau. li 6. ca. 60. & Cel. li. 7. ca. 26.

Cum autem renibus calculus innatus ẽ, æger in solium emolliendi vi præditum, frequenter se demittet, & renes, & lumbos, nup enarratis oleis inũget. Ac lītea q̃q;, calefaciẽdi vĩ obtinentibus liq̃rib⁹, immersa, dolenti loco admouebit, ex quorum classe ea, quę hactenus enumerauimus medicamina sunt. Potui autem calculos confringentia dissecantiaq;, nõ tamẽ manifesto calefacientia, præbeto. Verum si euenerit calculum ex renibus per meatus vrinarios, quos Græci οὐρητῆρας vocant, in vesicam decumbere, eaq; occasione vesicę ceruicem obturare. aut si

idem

idem a veſicæ calculo fiat, aqua calida paulatim ab alto pudendorum partibus donec rubore ſuffunduntur inſtillanda eſt. Porro extrema vrgente neceſſitate, ad exteriora ſuccio remedio erit, ſiquidem ea calculum dimouebit, & cum vrina fortaſſe extra penem ſimul alliciet. Quoniam ſi anguloſus magnuſue extiterit, inferiorem velicę ceruicis partem, qua ſcilicet eius corpus ſpectat, incidere neceſſitas iubet, vt hinc lapis manuali arte euelli queat.

¶ *De renum & ueſicæ inflãmatione. Ca. lxxv.*

PHlegmonem renum, concomitatur febris inordinata, nec vſq; adeo ardens, ſed quę cum horrore, & rigore apprehendit, & frequens mictus, & partium dorſalium dolor grauis, vnde ſi quando æger dimouetur, in his partibus pondus tãquam ab iliis ſuſpenſum, propendere ſentit. Cum itaq; hæ notæ conſpiciuntur, ſi modo nihil aliud prohibet, citra cunctationem in principio, axillari vena edirecto partis dolentis grauitateq; implicitæ ſecta, ſanguinem ægro minuemus. Regiõi quoq; dolenti forinſecus cata plaſma Renum.

plasmata, & fotus, qui mediocrem refrigerandi vim obtinent, accommodabuntur, quorũ vsu propulso affectu, nulla suppuratio expectanda est. Cęterum si neq; dolor, neq; febris neq; grauitas horum applicatione conquieuerint, vrinęq; stillicidium ęgrũ laborioſe molestauerit, pus hac in parte colligi recte putabitur. Tunc itaq; cataplasma dorso induces, quod chamæmelo, semine lini & furfuribus, oleo sesami simul exceptis, constat. Iam etiam in solio ex emolliẽtibus herbis parato, insessus summe prosunt. Porro si ęger pus minxerit, semina subsequente capite de vrinę ardore recensenda, donec imminuatur decrescatq; pus, ægrotanti offeres. Deinde pastillos capite sanguinis & puris mictui dicato, inscribendos, exhibebis. Inflammationi autem vesicæ, comites sunt, febris & continua ardẽs, & vrinę reddendæ impotẽtia, & cerui cis vesicæ, & fœmorũ imiq; ventris dolor. Quare venam hoc affectu implicito, incidere præsidio est, & alia quæ renum inflammationi accommoda retulimus, adhibere, consilium est. Cęterum non omnis renum inflammatio

Vesicæ. & Intempres, conclusa.

Scirrhi renum curatio.

matio in vomicam transit, seu discutitur, sed aliqua in duritiem etiam occallescit, cuius grauitas in renibus tanquam ab ilijs suspensa, absente febri, molestiam infert. Huic igitur clysteres infusi ex fœnogræci, & semi nis lini cremoribus, atq; ex chamæmeli, brassicarum, meliloti, maluæ siluestris & furfurum decocto, vehementer conducunt. Nec minus iritatus vomitus, ob materię diuersionem, adiuuat. Cataplasmata quoq; iam comprehensis emollientibus medicamẽtis pręparata, regioni renum accommodata, non parum auxiliantur. Iam si vrina modica egeritur, prædictis, ea quæ vrinæ ciendæ sunt, accommode adijciuntur. Sane huic quidem affectui non mediocrem curã diligentiãq; adhibere cõuenit, quoniã huiuscemodi renũ durities (quã Gręci σκίρρον appellant) aquę inter cutẽ interdũ autor, nõ aliter q̃ iocinoris aut lienis, esse cõsueuit.

¶ De urinæ ardore. Caput. lxxvi.

Ob vrinã a calidis succis acrimoniam

QVando ægro inter míngendum ardor, punctilesq; cruciatus in vesicę ceruice oboriũtur, a salsis, acidis & acribus cir-

circumſcindendus eſt. Et cibis aluum emol lientibus herbis præparatis, & iuſculis, hiſ q̃ in leniendo vẽtre paribus, alendus. Quin etiam ad reprimendum humorum acrimoni am, ſubſequens medicamen porrigendũ eſt. Seminis melonum excorticati drachmę tri ginta, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis cucurbitę domeſticæ, ſeminis portulacę, ſe- minis papaueris albi, ſingulorum drachmæ tres, ſeminis alterci albi drachmæ duę, ſac- chari albiſſimi quantum ſimul omnia pen- dent, huius pulueris quotidie drachmę tres mane & tantundem dormituro ægro cum vncia ſynapi violacei, aut iozulapou offerun tur. Ad hanc quoque noxam q̃ diligentiſſi- me attentum Medicum eſſe oportet, ſiquidẽ vrinę acrimonia dum perſeuerat, veſicę & vrinę meatuum, exulcerationẽ creare ſolet.

¶ *Ad ſanguinẽ & pus mingẽtes. Ca. lxxvii.*

Ob ve nę rupturam.

SI a caſu, aut plaga alicui ſanguis per pe- nem erumpat, vena axillaris (partita in- terim ſanguinis detractione) recte ſecatur, & paſtilli ex ſuccino potui porriguntur. Paſtilli de ſuccino. Succini, gummi Arabi-

ci

ci vtriuſque drachmę quinque, balauſticrum drachmę duę cum ſemiſſe, hypociſtidos tantundem, thuris drachmę duę, ſeminis opij vtriuſq; drachma vna, rediguntur in paſtillos ſeſquidrachmæ pondere, quorũ vnus quotidie rhois decocto dilutus, vtiliter offertur. Inter cibos quidem, conueniunt glutinoſæ & viſcoſæ carnes cum rhu obſoniorũ, aut cmphacino elixę, a ſalſis autem & acribus oppertune ęger arcetur. Verum icto loco cataplaſma ex lapide Armenio, acacia, aloë & lycio poſca exceptis, ſuperaccommodabitur. Si ſanguinis eruptione poſt acrium eſum, aut vini acrioris calidioriſq; vſum, ęger angitur, vena axillaris ad ſanguinis retractionem, inciden da eſt, atq; paſtilli ex ſuccino exhibendi. Vniuerſa autem victus ratio, plane eadem cũ prę cedentium erit. Cęterum ſi ex vlcere ero ſione concitato, pus minxerit, paſtillos hos præbeto. Conſtant autem, ſeminis melonum ſeminis cucumeris citrinati, cucurbitę domeſticę ſingulorum corticibus liberatorũ drachmis viginti, lapidis Armenij, gummi Arabici, thuris pinguioris, cinnabaris ſingulorum drach-

Ex venarũ eroſione.

drachmis decem, opij drachmis tribus, seminis apij drachmis duabus, fingũtur pastilli drachmarum duarum pondere, quorũ vnus vncia syrupi albi papaueris detritus, potui offertur. Quinetiam ceruici vesicæ, infra scripti collyrij portio, per syphonem vtiliter inditur. Collyrium de ceruſſa.

Ceruſſę, sarcocollæ, thuris, gummi Arabici, opij, cinnabaris singulorum æque portiones, hęc succo portulacæ aspersa, in collyria rediguntur. Deinde per syphonem mussa ęgro in vesicam infunditur, ac ad vrinę excretionem incitatur, insuper postquam vrinam eminxerit, huius collyrij portio asinino lacte soluta, per syphonem vesicę infunditur.

¶ *De his qui inuiti urinam reddunt.*

Caput. lxxviii.

SI æger magnam vrinæ portionem emingit, nullam tamen inter egerendum acrimoniam: ardoremue percipiat, aut si ęgre noctu se commingit, verum neque siti, neque aliqua corporis macie, colliquationeue inde tenetur, ea quæ vrinæ restringendæ

suns

sunt, vtiliter vtrisq; offeruntur. Quale quod iam subsequitur medicamen est. Glandiũ drachma vna, thuris drachmę triginta, seminis coriandri exiccati, gummi Arabici, lapidis Armenij singulorum drachmę decẽ, omnia in puluerem subiguntur, cuius mane drachmę tres, & totidem sub noctem, cũ momento decoctionis inulę campanę, vt medicamen ad vesicam vsq; deueniat, propinantur. ⊢ Quoniam vero hic affectus, renũ retentricis imbecillitatem, aut vrinę meatum ambientem musculum relaxatum, aut aliam quampiam frigidam, vel humidam occasionem sui autorem habere solet, non immerito his dum puluerem offers, ipsis dicatis remedijs prospicere debes. ⊣ Quod si æger in hoc affectu, siti inexplebili, quæ nimio cruciatu clamorẽ excitet, cõficiatur, & potio protinus qualis assumpta est, per vrinas trãsmittit, hordei decoctũ cũ herbę pulicaris seminis cremore, porrigendũ ẽ, & æger immaturarum vuarum succo, & cibis illo, & rhoi Syrenaico præparatis, & alijs his persimilibus edulijs, enutriendus est.

Lac

Aëtiꝰ lac ſciſſũ habet.

Lac quoq; acidum ex quo butyrum coactũ ſit, & quæ ex hordeo cortice libero paratur puls, magno auxilio offeruntur. Potui autẽ,

Rob vocant.

decoctione ignis aut ſolis inſpiſſati ſucci, q̃ acida qualitate pollent, propinabũtur, & ab omni exercitio, & mulierũ concubitu ęger arcebitur. Præclare vero faciunt hi paſtilli potui oblati. Spodij drachmę decem, ſeminis lactucę, ſeminis portulacę vtriuſq; drachmæ quindecim, coriandri exiccati drachma vna, roſarum rubrarũ, lapidis Armenij ſingulorum drachmę quinq;, balauſtij drachmę duæ, camphorę ſedrachma, teruntur in puluerem, & plantaginis ſucco excepta, digeruntur in paſtillos, & eorum drachma malorum punicorum acidorum ſucco ſubacta, porrigitur. Herbæ etiam infrigidantes, vt portulaca, plantago, & ſolatrum, commode renum regioni ſuperligantur. Ab omni q̃dem calidorum ciborum eſu, & vino, ac his quę vrinas citãt, imprimis abſtinere cõfert.

Inter ea quæ ſtolidorum imperitorũq; Medicorum inſcitia, in hoc affectu delinq̃ ſolent, totius corporis tabes colliquatioue primas

primas obtinet, in quã ægrũ ꝓpinatiõe calidorũ medicaminũ et vrinas promouẽtium, eneſtigio inducunt.

¶ *De lũbricis in ano ac uẽtre natis. C. lxxix.*

QVi hoc malo torqueri ſolet, a craſſis & glutinoſis ac pinguib⁹ cibis, nimiacꝫ alimenti infartiõe abſtineat oportet, & indies panis offulas ſinapi muriacꝫ immerſas, ánte cibos magna vtilitate aſſumet, ſiquidẽ ea ratiõe, lumbricos ꝓcreari prohibebit. quoniã origo oĩm triũ generũ lũbricorũ, ex cruda, craſſa pituitoſacꝫ materia putredini accõmoda, exiſtit. Si tamẽ nihilominus inteſtinis innaſcantẽ, nullum ab expulſione remedium eſt. Medicamen porro teretes, & longos rotundoſcꝫ lũbricos expellẽs præparatur, ex ſemine ✣ burungíj excortica to, hoc eſt, eriſymi, aut vt alíjs placet, meliſſophyli, aut erucæ ſylueſtris, quando ſcilicet ægro fame vexato, eius ſeminis drachmę ſeptẽ lacte ſolutæ, porriguntur. Medicamentũ alſud generoſum, agens lumbricos. Burungíj ſeminis excorticati, ſeminis nigellæ, turbit cuiuſcꝫ pares modi, lupinorũ, naſturtij, ſe

Prolixiꝰ egit Aëtiꝰ ſer. 9. cap. 39.

✣ Alíj a Brotanũ interpretantur.

mſnis rubri ex Mecha (quod Arabes cãbil appellant) ſingulorũ pars dimidia, oĩa in pulueręm ſubigunt. Expoſcente aũt vſu, ęger per triduũ lac recẽter mulctũ & calidũ bibet, et deinde tertio die victu tenuiſſimo enutrit⁹, cõmemorati pulueris drachmas ſeptẽ lacti adhuc ex vberibus calenti, et acero iniectas, aſſumet, idq; eo potiſſimũ tpe, q̃ fames cruciat. Aſcarides vero vermes mituti i extremo lcganone et ani fibula nati ſũt, quãobrẽ ibidẽ pruritũ (cui⁹ gra anus ſubinde infricaſ) excitãt. Depellũſ vero huiuſcemõi vermes, lana molli oleo ĩ q̃ porrũ ebulierit, imbuta, ac ĩ ani fibulã cũ ſpecillo detruſa, poteſt aũt lana tenera citrij mali oleo, aut mẽtaſtri liq̃re, aut momẽto aloës vaccino felle ſoluto, intincta, in anũ etiã ſubijci. ¶ *De hæmorrhoidibus, feiſſuris & fiſtulis ani.* Ca. lxxxx.

Hæmorrhoides.

DVm ſanguis pur⁹ cũra dolorẽ ab ano p certa iterualla emanat, minime ſup primẽdus eſt, niſi forte ſua copia laborãtis vires deuicerit, ſiquidẽ huiuſcemõi ſanguis, p ruptio', multis affectibus hoc vitio detẽtũ, ĩmunẽ reddit. Cęterꝝ ſi eo ſanguine ab oris

vena

venaꝫ tanq̃ ex capitulis qbusdã surgẽtibus profluẽte, egri robur deficit, suppressio ex v su erit. Proide pastilli de succino, rhu obsoni orũ soluti, cõmode offerunt. Cibis aũt rhus obsoniorũ in cõdimentũ accipiẽtibus, et succo immaturaꝫ vuaꝫ prꝑaratis; hisq; pstimilibus, qb⁹ scilicet alendi facultas est, rectissime enutrietur. Porro si vires in totũ prosternãt, expresso carniũ, cui vt plurimũ cotoneoꝫ suc ę⁹, et vinũ subastringẽs admixta sint, alẽd⁹ ẽ. Vinũ qq̃ austerũ ꝓpinandũ. Præterea iõ cinori emplastrum de spica, capite de ictoris doloribus inscriptum, vtiliter superaccommodabitur. At si hæc inefficacia fuerint, cõfectio ex ferri stercore apparata, porrigetur. Ea accipit, myrobalanorum Indicarum, bellyricarum, emblicarum singulorũ drachmas quinq;, spicæ, iunci odorati, cyperi, zingiberis, piperis, ammeos, thuris cuiusquẽ drachmas duas, stercoris ferri in aceto septimana vna macerati, ac deide cõbusti drach. quindecĩ, excipiunt cĩa despumato melle simul cũ myrobalanoꝫ emblicarũ decocto iuste, veluti cap. de melãcholia cõprehẽsum est.

Huiꝰ iuglãdis inſtar quotidie exhibebitur, ea namq; confectio, e venulis ani, & ex ijs p quas menſes mulieribus repurgantur, manantem ſanguinem ſiſtit. Præter hæc quoq;, diuturno ventris profluuio, non mediocri ea

Græci cõ dylomata vocare ſo lent.

preſidio ẽ. Qd'ſi excreſcentia aliqua eminens, & magnos excitans cruciatus in ano oboritur, Verũ a qua nihil reſudat, cepę ſuccũ, aut fel vaccinũ modica lana illitũ, excreſcentiæ applicato. Glandẽ q̃q; oblõgã ex malo terræ cõparatã, in anum ægri tota nocte retinendã indito, & ſi forte fortuna glãs ex ani fibula ꝓpellitur, rurſus donec excreſcẽtia incidatur, atq; adaperiatur ſanguiſq; ꝓfluat, eam ſubijcito. Cęterũ ſi quando cũ vehementi dolore, inflãmatio quoq; ingens anũ infeſtet, vena ægro ſecanda eſt, atq; ẽplaſtrũ infra ſcriptũ ſuperligandum, quoniã hoc probe hæmorrhoidũ dolorem ſubleuat, potiſſimũ ſi adiunctã habeant inflammationem. Accipito itaq; ad eius emplaſtri compoſitionẽ, iuris decoctionis melilori, & chamæmeli tãtiſper dũ tabuerint in aqua elixatorum, tantum quantum vola vna continere potes,

& de-

& deinde cui assi luteum vnũ, croci drachmã vnam, opij drachmas duas, seminis lini contriti, fœnogræci, maluæ syluestris singulorũ manipulũ, excipito omnia sapa hoc est, decocto vino, in quo bdellij drachmę tres diluræ sunt, iã postq; excrescentiæ superficiẽ oleo sesami in quo gallinaceus adeps aut anatis solutus fuerit, inunxeris, prædicta ẽplastri modo adhuc egelida dolenti loco admoueto, extrinsecus betæ, aut lactucæ folijs tuendi gratia impositis. Aliud remediũ dolorẽ inflãmationemq; remittẽs. Cepam albã quã optime coctã, vna cũ butyro vaccino tãtisper dũ emolliatur, conterito, & ita ambo, modice inferuefacta ano inflammatiõe tentato submittito, id nãq; mirifice dolorem reprimit.

Qd' si languẽtis anus scissuris, (quas Græci ῥαγάδας appellant) infestatur, quæ excicca- Scissuræ
ta aluo ob fæcum duritiem cruciatus inferunt, catapotia ex bdellio subinde propinata, strenue auxiliantur. Quæ constant, myro balanorum nigrarũ, chebularũ vtriusq; drachmis decem, sagapeni drachmis tribus, nasturtij albi drachmis duabus, bdellij mollioris

ris & pinguioris drachmis quindecim, eis porri succo, in q̃ bdellii subactũ sit, excepta, in caraporia rediguntur, quorum dosis idem tidem assumpta inter drachmã vnã et ℈ quatuor est. Si autem affectam partem ardor affligit, vnguento de cerussa eam circumungito. Absente quidem æstu, vnguine ex cameli gibbi ądipe, & bdellio præparato, patientem partem illinito, quod Arabes vnguentum de Sene vocãt. Huius autem compositio in hũc modum se habet. Ceræ luteæ, olei sesami, adipis anatis, medullæ cruris vaccini, adipis ex cameli gibbo collecti, bdellij cuiusq; paria pondera, bdellium seminis lini cremore solũitur, & alia eo excepta, in linimentum rediguntur, cui nullum viribus par est. Quod si ægrum profundiores scissuræ, a quibus fœtidum pus resudat, implicent, medicamen acre capite de vlceribus descripium, ijs admoueto, & vt biduum admotum sustineat æger, sollicitato. At si reliquiæ aliquæ per sudores erumpentes remanserint, rursus tantisper dum locus exiccetur & nihil pramanet, nuper dictum medicamen superac-

Talibi tres.

7. ad Alman. cõstat ex æruginis et mellis æquis portiõibus.

com-

commodato. Si autem ea, quæ hac in parte innascuntur in tantum prominent propendentq, vt arida ac liuida fiant, butyrum tepidum donec liquor amoueatur, subinde iis inungito. Verum si denuo huiuscemodi defluens sudor, ægrum in posterũ molestet, medicamen acre & ad saniosa vlcera optime faciens iam secundo applicato. Sin autem nihil resudat, vnguento de cerussa optime huiuscemodi excrescentijs subuenies. Est & quando venulæ sanguine manantes, & foris propendentes, ignito ferramento curantur, sed eius rei tractationem, propositus liber minime admittit. Cæterũ inter reliquas corporis partes facillime anus fistulis tentatur, quum arctis & oblongis finibus ex sua figura subiect⁹ sit. Fistulæ autem hæ nonnunq; penitus penetrant, nonnunq; cæcę sunt. Proinde si vtrimq; pertusæ fuerint, flatus & sicciora recrementa per eas protudunt̃ur. Si autem vna tantum parte foratæ sunt, neq; stercus, neq; flatus inde prorũpit. Harũ autem præsidia percensere, plus ẽ, puã suscepto hoc libro limitari posset.

Pau. li. 6. Ca. 79.

Fistulæ.

Pulchrea apud Paul. li. 6. Ca. 68.

Ve-

Verum quia mortales pene omnes in harũ curationibus, ꝙ ſæpiſſime in maximos errores labuntur, quibus non exiguę noxę ſubſequi ſolent, perſtringemus illis, quæ huic affectui congrua præſidia putamus, quaꝙ ratione a prædictis ſibi præcauere poterũt exequemur. Exiſtimamus itaꝙ fiſtulam vtrim ꝙ pertuſam, & in ano penitius delitescentẽ, nulla rõe eſſe ferro contingendã, ſiqdẽ in his ferri inciſio, ſtercoris prẽter voluntatem egeſtionem concitat, licet & aliud quoꝙ ſit, prohibens fiſtulam perfoſſam ferramento tentari, nimirum quum quoad vixerit ęger, hoc in ſtatu a ferro non lęſus, permanere poſſit, nullam inde ſcilicet inſignem uoxam prẽter ſaniei reſudationem, percepturus. Verũ ſi id quod e fiſtula profunditur acre & mordax odoreꝙ fœdum exiſtit, cuiuſꝙ copia indies increſcit, fiſtula putrida quæ herpetem exedentem ſibi comitem habet, ęgrum infeſtat. Cui medicamine acri, erodenteꝙ, & deinde deperditam carnem reſtituente, priuſquam malum dilateſcat augeaturꝙ, ſubuenire debes, antea tamen leuiore quopiam tentato.

Porro

Porro si id quod resudat exiguum, nec mor dax, nec odore fœdum fuerit, sicq; malum nõ serpserit, nulla inde præter resudationem et fluxum habenda suspicio est. Poterimus ta men huic tantisper dum exiccetur, & subse derit, & nisi per longa interualla quicquam resudauerit, subuenire, atq; rursus vbi sanies emanauerit, præscriptum medicamen ad fi stulas, huic quoq; fistulæ accommodare, eaq; ratione tota ægri vita, blandire illi nitemur, nullam inde notabilem noxam ægrotante percepturo. Ratio autem administrandi me dicaminis hanc censeto. Ante omnia fistu lam, donec quicquid in ea conseruatum sit profluxerit, comprimito, deinde collyrij ca pite de oculi fistula inscripti, portionem ali quam succo plantaginis, aut pluuiali aqua læuigato. iam si fistula specillũ recipere pos sit, specillum molli lana inuolutum hocq; li quore imbutum, fistulę imponito. Si autem ob angustiam, aut loci distantiam, fistula spe cillum recipere nequeat, resupinato ægro al troq; fœmore puluinari incombente, colliri um succo plantaginis, aut illi simili solutõ,

gutta

guttatim p interualla fistulę immanare fini to. Hoc quidem tribus insecutis diebus ma ne, & sub vesperã, opportune perages. Præ terea in aqua æneo vase calefacta insessus, & ex eadem lotiones, ex vsu erunt.

¶ *Ad procidentium ani & uuluæ. Ca. lxxxi.*

Ani. SI anus inflammatione liber ꝓcidit, itaq; se habet, vt impulsus in pristinũ locũ ꝓtrudi ac retineri queat, fumito ceruse, balaustij, gallarũ, aluminis, stibij singulorũ pares modos, & ea in tenuissimũ pollinem deteri to, procidentiq; ano inspargito, ipso prius o leo rosaceo calẽte circũlito, aut vino austero detersо. Deinde suo loco repositum anũ, deli gato. Id tamen proprijssime postq; æger ex creuit, tentabis, ne statim ad egerendũ neces sitas ipsum vrgeat. Sumuntur quoq; ad præ sens vtiũ, gallę balaustia, glãdularũ calices, myrti folia, quę simul aquę donec ea rubescat incoquunt, & deide ex huiuscemõi decocto insessus, & lotiões parant. Ceterũ si anº ob inflammationẽ tumidus, imponi nequeat, e ger in aquã calidam conscendet, & ei ad tẽ pus immorabitur, atq; anũ cera, cui chamæ melinũ

melinũ oleũ, aut anethinũ contemperatũ ſit, illinere quouſq; reponi queat conſilium eſt. Poſtq; vero recẽdi poteſt, ſupra præſcriptis aſtringendi vim poſſidentibus puluerib⁹, & faſcijs illi rei adaptatis, vtendũ erit. Vterus vero ſi declinauerit, eadẽ ratiõe illi ſubuenire decet. At in hoc vitio vinculis fortioribus vti, & ægram ſupinam & eleuatis fœminibus ijſq; ſibi mutuo innitentibus, decumbere, neceſſarium eſt.

Vuluæ.

Græci ad id peſſis aſtrigenti b⁹ vtũtur

¶ *Ad menſes confertim erumpentes ſiſtendos. Caput. lxxxii.*

IMmoderate profluentibus menſibus retinendis, paſtilli ex ſuccino, aſtringente quopiam liquore læuigati, atq; ſeptimana vna ita propinati, optime faciunt. Quibus ſi non conquieuerint, confectio quæ ferri ſterc⁹ accipit, exhibebitur, & vena cubitũ perreptans, opportune (partita interim ſanguinis miſſione) incidetur. Cucurbitulæ quoque ſub mamillis infigendæ ſunt, & cibis auſteris vtendum. Summe etiam facit medicamẽ hoc in ægrę ſinũ immiſſum. Thuris, balauſtij, gallæ, ſtibij, acaciæ, aluminis ſingulorum

Ob tenuẽ et morda cẽ humorem.

lorum ęquę portiones, his in tenuiſſimũ pol linem redactis lana quæ ad peſſum ſat eſt, eo puluere circumlinitur, ac ita in mulieris pudeudum inditur. Epithemata quoq; capi te de ventris profluuio comprehenſa, ingui nibus & lumbis inducere, & in aquam æ- neo vaſe caleſactam conſcendere, opportunũ eſt. Porro ſi hęc non profuerint, acutior peſ- ſus, vt qui cruſtas inducit, in vteri collum diutius retinendus, ſubñcitur.

A cõſtipa tis frigore meatibus, aut craſſo ſanguine,

¶ *Ad ſuppreſſos menſes ciẽdos.* Ca. lxxxiii.

CVm menſtruę purgationis ſtrangula- tui magna ſubſequitur noxa, paſtillos ex myrrha porrigito. Recipiunt autẽ. Myr rhæ drachmas tres, ſeminis lupini adamuſſi contriti drachmas quinq;, foliorum rutę, mẽ taſtri, pulegñ, cumini, rubiæ ſatiuæ qua ve- ſtes inficiunt̃, liquoris Syrenaici, ſagapeni opopanacis ſingulorũ drach. duas, his bacca rũ iuniperi iure ſubactis, informant̃ paſtilli duarum drachmarum pondere, & vnus iu- re decoctionis baccarum iuniperi detritus, in die exhibetur. Sane hoc medicamen adeo in ducendis menſibus pollet, vt etiam fœt⁹ educat

educat, & inter primos dies conceptionem facile impediat, si quę eo identidem vtatur. Ad hæc cucurbitulas popliti agglutinare, ac venam interiorem malleolum perreptan tem, aut poplitis incidere confert. Postremo fœminibus cucurbitulas cum cutis incisiõe defigere, non infimum auxilium præstat.

¶ *Ad uuluæ scissuras.* *Caput. lxxxiiii.*

HIs curandis, medicamen ani rimis, seu fistis sacrum, ex vsu erit. Præparatur quoq; ad idem pessus ex anatis adipe, œsypo hoc est, lanæ succidæ sordibus, cruris cer uini medulla, hęc cera oleo lilij, aut narcissi subacta excipiuntur, atq; ex ijs formatus pes sus in ægræ sinum dimittitur, dummodo ne q; febris, neq; ardor ęgram molestet. Quoni am si rimis æstus cum erosione adfuerit, ole um rosaceum illitum optime facit, nec min⁹ quoque ex cerussę vnguento pessus, subdit⁹ iuuat. At si vehementior calor ægram affli git sumito portulacæ, aut lactucæ succum, aut herbæ pulicaris seminis cremorem, fin gitoq; laminam plumbeam lęuitati marmo ris cui colores interuntur similem, & illi in

circui

circuitu labrum inflectito, ac deinde dictorum succorum aliquem lamine infundito, & correspondente lequitati pistillo plumbeo, laminam donec succus debitam spissitudinem recipiat, plumbicq; non exigua portio ipsi admisceatur, terito. Iã ℥ illi succo rosaceũ oleũ admisceto, ac informato pesso, in ægræ sinũ ipsũ subijcito. Hoc enĩ remediũ vteri cãcro exulcerato, eicq; cõsimilib⁹ vitijs auxilio est.

℥ Aëtius μολυβδου χυλόν uocat

¶ De uuluæ inflammatione. Caput. lxxxv.

INflammationem si febris ardorq; concomitetur, sanguis ex † axillari minuendus est, & ægra ptisana enutrienda. Renibus quoq;, & lumbis, & fœmoribus, & sumini epithemata calidicribus tumoribus dicata, superaccommodabimus, & locum alijs refrigerantibus (a forti ligatura abstinẽtes) vehementer infrigidabimus. Verum si febris & æstus conquieuerint, ac aliquę inflãmationis calidæ reliquię in duritiem occallescentes supermanserint, liquidis & emollientibus vnctionib⁹ ac iniectionibus per inferiora vtendũ erit, & mulier in decocta suppurandi emolliendiq; vi pollentia desidebit.

† alias humerali.

Apud Gaz. de arte curatiua, repcutiẽs ℞plastrũ.

Pessus

Peſſus īduratas vteri inflāmatiōes emolliēs, ac ei⁹ cruciatib⁹ leniēdis pedetentiq; ſedâdis quã aptiſſimus. Adipis anatis, medullę cruris ceruini vel vaccini, bdellij, mollíuſculi, croci, lutei oui aſſi, fæcis olei ſemīs lini, fęcis olei lilij figulorū pares modi, ſubigū in ſapa, aut alio quis dulci vino, figitq; peſſus doloribus mitigandis & vuluę durities emollien-dis, maxime opportun⁹. Cōducūt pręter hęc

inſeſſus in decocto fœnugræci, ſeminis lini, chamęmeli, meliloti et braſſicarū ſūmitatū, quę ſingula p ſe, aut ſimul omnia īcoquūtur.

¶ De exulceratione, abſceſſu & cancro uteri. Caput. lxxxvi.

VTeri exulcerationē teſtat pus, aut ſani es a vulua ꝓfluēs, ſi itaq; prōpria in cō ſpectū venerit exulceratio, et pus aut ſanies a primis partibus ꝓfluxerit, nullaq; cauitas fœda putridaue ęgrā moleſtauerit, accipito a loē, thus, myrrhā, cinnabarī, ſarcocollā, et ea in pollinē detrita, laborāti parti inſpargito, tātiſper dū ſolutionē vnitatis puluere illo reſtitutā videas. Aut eū puluerē liq̄re aliquo ꝓfuſū, ī vnguēti formā redigito, ac ita vtere.

Sin

Sin autem alte pus profluit, pesso ad sanguinis & puris eruptiones inscripto, & succo plantaginis soluto, in uterũ clysterem infundito. At si quod effluit sœdũ malignoq; odore fuerit, pessum secũdũ priore acriorẽ dictoq; modo leuigatũ, in vuluam indito, prius tamen vtero mulsa per æneũ oricularium clysterẽ immissa, abluto. Porro si præter materiæ fluxũ, cruciatꝰ pũctiles & tumor durus, qui tactu deprehẽdi possit, adsint, magno studio ne locus acrioribus irritetur, præcauẽdũ est. Proinde succo plumbi, quẽ attritu supra apparauimꝰ, aut cerussq; vnguẽto oppertune vtemur, venãq; cubitum perreptantem vtiliter incedemus. Est preterea ægra ab his quę atram bilẽ accumulare solent, & aromatibꝰ, & seminibus calidioribus, & incidentibus, ꝗbusq; cõdita calidiora apparari solent, arcẽda. ¶ *De uluæ strangulatu.* Caput. lxxxvii.

Fix vitiato semĩe, aut mensibus.

SI quando mulierem diutius sanguinem menstruũ retinuisse acciderit, ac ad multum interuallũ virũ non admisisse, quum tamen ad venerem ea procliuis extiterit, præterea

terea ſi grauitatem & dolorem in demiſſio ribus ſuminis partibus perceperit, ad hæc ſi quendam veluti ad ſuperiora ex pubis parti tibus contractum ſenſerit, animi deliquium fortaſſe hęc comitabitur, & veluti emortua morboue comitiali correpta mulier proſter netur. Vnde quoꝯ ægerrime eam aërẽ in- ſpirare, vel arterias pulſare, percipiemus. Et forſitan his accidentibus oppreſſa ſuffocata peribit, fortaſſeque (licet difficulter) ſanitati recolligetur. Quapropter hũc affectum ſta tim atꝯ implicat propellito. Incipito itaꝯ curationem, a pedum, & crurum fricti- ne, eorundemꝯ dolorificis vinculis aſtriõe, ſecundum hęc per magnarum cucurbitarũ in pube, & fœminibus agglutinationem. Obſtetrici quoque digitum odorato oleo in- tingere pręcipito, vt eo in vteri collo inſerto, & penitiꝰ quaſi ad vuluę os demiſſo, circũ linitu, & titillatione, corruptum ſemen eli- ciat. Naribus etiam ſtruthium inſpirãdum, ac auribus † platæ voces ſonorę inclamãdæ ſunt. Item nihil iucundo gratoue odore pol- lens naribus admouendum, imo odorata, cu

Dũ eſt ſa tis virum Cel. venã ſecat.

† Aliqui certas ridi culas vo- cès præ ſcribunt.

ius ḡneris gallia moſchata eſt, recte abñ-
ciunt. Inguina aũt, ac illis cõtermina loca,
odoratis epithematis foueto, & ea quę ſeuo
fœdoue odore ſunt, naribus inducito, cui⁹ no
Pli addit capillos mulieris crematos te ſterc⁹, caſtoreũ, ſulphur et extinctũ ex lu
cerna linimentũ, cẽſentur. Cęterũ mulierẽ
valetudini reſtituta, iã cõprehẽſis preſidijs,
ne denuo affectus exerceat, eã a noxa præſer
uare profuerit. Proinde ſi morbus poſt men
ſiũ ſuppreſſionẽ naſcaĩ, ea quæ mẽſibus cie
dis ſunt præbeto. Itẽ e pedis venis ſangui-
nẽ detrahito, inguinibuſq; ac coxis, cucurbi
tulas affigito. Porro ſi poſt diũ intermiſſum
concubitũ (q̃ ſubinde huius mali autor eſſe
conſueuit) huiuſcemodi noxa inuaſerit, ſum-
me auxiliabiĩ cũ viro coeũs, aut ſi eius occa
ſio non datur, obſtetrix preſcripta ratiõe in-
terpolitis interuallis ſemẽ prouocabit. Vel
ſemẽ extinguẽria, quę ſuo loco executus fũ,
offerto. Itẽ paſtillos ex myrrha capite de cẽ
Ex mulie bri ſemine et affluẽti bꝰ mẽſibꝰ. tãdis menſibus inſcriptos porrigito.

¶ De mola uteri. Ca. lxxxviii.

INterdum mulieres affectus quidam an-
git, qui per initia concepti fœtus ſuſpi-

cio

tionem adfert, illis enim venter intumescit, & decoloratæ apparẽt, menseſq; ſupprimũtur. Motus tamen qui in hoc morbo eſt, ab eo qui ab infantibus fit, diſſimilis percipiẽ. mola namque digitis violẽter iniectis, a ſuo loco dimouetur. Cæterum circa finem mali cum magnis laboribus doloribuſq; informem aliquam carneã maſſam, non aliter q̃ ſi parerent, educunt. Interim autem interdũ ſoli ſtatus, & humorum copia ab vtero prorumpunt, vnde venter ſidere ſolet, atque enumerata ſymptomata ab ęgrotãte auferri. Porro poſtquam tempus, quo fœtus vtero geſti moueri ſolent, lapſum eſt, paſtilli ex myrrha ſeminum incidentium decocto læuigati propinandi ſunt, oleumque † balſami inguinibus, & vteri collo inungẽdum. Ad hæc peſſus, qui ruta et mẽtaſtro cõſtãt, & alios capite de menſium prouocatione, fœtuſq; eductione conſcriptos, ſubijcere conuenit. Quantitas quoq; cataportijs fœtidis vna vice porrigendis, inſcripta, pluries propinabitur, ſiquidem his omnibus, affectæ propediem liberabuntur.

Quę molã educunt.

† alias chelſim hoc ẽ ligufitici.

¶ De *ramicum generibus*. Ca.lxxxix.

Laxato, aut rupto ad uasa seminaria peritonæo,

SI alicui in abdomine pars aliqua prominet, quæ resupinato ęgro, & leniter digitis parti admotis, fidit, quæq; rursus sedente ęgro, prouoluitur, affectus ramex dictus ęgrum molestat. Quocirca hoc morbo implicitus, a vehementi motu, nempe cursu, saltu, clamore & id genus alijs, pręsertim post ingestum cibum, cohibendus est, ac a fabarum & imprimis phaselorum, lenticulæ, oleorũ horumq;, quibus inflandi vis adest commestione, omnino arcendus. Verum inter cætera maxima laboranti solicitudo, vt aluꝰ cita fluat, habenda est, siquidem ea ratione, fortasis quo minus doleat præcauebit. Pręter hęc loco deligaturam conuenientem, præcipue dum occasio motum præcipit, accommodare confert. Tamen si vehementius venter emi net, & grauat, a motu omnino abstinẽdum, nisi forti fascia inguinibus pręcinctis. Emplastrum ad ramicem. Gallarum cupressi vtriusq; partes duę, myrrhæ, cyperi, sãpsuchi, acaciæ, thuris, gummi Arabici cuiuslibet pars vna. gummi vino lęuigatur, & reliqua

in

in puluerem probe coacta, illi adijciuntur, deinde contusa, & resupinato ægro admota recte deligantur, & insoluta ad † triduum, aut quatriduum sinuntur. Tunc itaq; rursus supino procumbente ægro, fascia laxatur, eoq; emplastro abiecto, aliud in eius vicem applicatur, ea namq; ratiõe ne dilatescat malum, cauetur. Quum ramex ad testes pertinet, scrotum increscit ac intumet, idq; vel ob coaceruatos flatus, vel quempiam humorem ibidem collectum, aut propter intestinũ aliquod in eam partem deuolutum. Si itaq; ob prolapsum intestinum contingit, grauis & excrutians, tactuq; indolens ramex erit. Proinde illi eandem quoq;, quã prescripti-mus victus rationem instituemus, ac paulo ante dicto emplastro superaccommodato, locum continuo fasciis constringemus, siquidem ramex vinculis non compressus, indies magis dilatescit augeturq;. Si vero ob coacernatam humoris colluuiem euenerit, locus lucidus, tersus ac intensus conspicitur. Huic itaq; aquoso ramici epithema capite de aquæ subter cutem ad ἔγκιτον descriptum, circum

† alias ad sex, aut septẽ dies, nec male.

linendum, aut potius emplastri modo super accommodandum. In hoc præsenti affectu, aqua interdum ad inferiora procumbit, per quę etiã nonnunq; refudat, & aliquando parte scalpro pertusa, profluit, quibus occasionibus ęger ad tempus malo liberatur, at tempore successu morbus repetit. Profunde posse effluxum humorem, ęgrotãti ignitis ferris, & medicaminibus strenue siccantibus ac astringentibus, succurrendum est. Quoniam illorum remediorum vsu, malí restitutio fit, nec alias huiuscemodi noxa ægri sentantur. Cæterum harum manualium curationũ tractatio, propositi libri instituti non est.

Apud Paul. li. 6. Ca. 62. Cel. li. 7. ca. 28.

Quando autem huius affectus, flatuosus spiritus autor est, locum perfricare bene facit, & oleo sambucino in quo castoreum & euphorbium læuigata sunt, recte pars tumida subungitur, ac in penem quoq; guttatim huius portio, commode per syphonẽ instillat.

¶ *De podagra, reliquisq; articularijs morbis. Caput .xc.*

A calidi humoris afluxu.

SI quando articulos dolor cum tumore exercet, & tactu locus calidus, colorecq; rubro

rubro perfusus percipitur, ægrotanti si dextro pede laboret, ex extrema dextra manu, aut cubito, si sinistro ex summa leua manu, aut cubito, sanguinem detrahito.

Partem quoque affectam, ad reprimendum humorum influxum, doloremque remittendum, hoc epithemate irrorato.

Rosarum rubrarum, sandali rubri, nucis Indicæ, glaucij succi præparati, lapidis Armenij, opij singulorum æquæ portiones, his aqua & aceto subactis, epithema inducitur, ac ne concal. factũ noceat subinde repetitur. Item herbæ pulicaris semen aceto maceratum, & chartæ, vel alicui linteo ad id idoneo inductum, tantisper dum tepuerit, dolenti parti superaccommodato. Quando autem tepuerit, illo amoto, in eius locum aliud applicato. Ad hæc alluum myrobalanorum & hermodactylorum iure deijcito. Præparabis autem huiuscemodi ius hac ratione. Accipies myrobalanorum citrinarũ drachmas quinq. cim, puluerís turbit, oleo amygdalarum dulcium circumliti, filiculę quam Græci πολυπόδιον vocant) viriusque

drach

drachmas tres, foliorum arboris senæ drachmas quatuor, feminis fumariæ herbæ tantundem, hermodactyli albi, seminis intybi, seminis apij, rosarum singulorum drachmæ duæ, omnia in tribus libris aquę, ad duarũ consumptionem decoques, & insuper manibus adamussim confracta percolabis, ac eius excolati iuris vncias sex, aut septem cum sacchari albissimi drachmis decẽ, prospere porriges. Verum si quis prçsens decoctum fastidiuerit, catapotia præbeto, quæ lecto decumbentes surgere, moueri, & obambulare faciunt. Compositio quidem eorum in hunc modum se habet. Aloës drachma vna, scammonij ℈ obolus semissis, rosę rubræ contritæ obolus vnus, hermodactyli albi drachma semis, redigito hęc in catapotia, ac vna vice porrigito, habito interim respectu virium ægroti. Cęterum ęger cibis infrigidantibus, & austeris enutriendus est, & a vini potu & carne, hisq; quę melle parantur, circumcindendus. Cum vero tumoris ardor inflãmatioq; conquieuerint, his quæ calidioribꝰ tumoribus discutiendis sunt, affectus sanabi-

tur

℈ Interpres male quartã pte drachmæ vertit.

tur. Eius quidem notę hoc est. Cera oleo liliȝ soluta, succo fœnogręci, & seminis lini commiscetur, simulq; ad debitam mixturam pistillo terũtur, & deinde epithematis instar, ęgræ parti accommodantur. Interuallis vero quibus sanus, ac ab accessionibus ęger liber est, venæ sectione circa tempus quo malo torqueri solet, & potissimum in vere est vtẽdum, ac aluus his quę flauam bilem purgant deiȝcienda, atq; a vini, & eorum quæ melle apparantur, & carnis vsu abstinẽdũ. Proinde cibis acidis & austeris hisq; frigiditate paribus, enutrietur. Porro partes huiuscemodi vitio cruciari solitas, paulatim a consueto exercitio, dissuescere confert, idque potissimum, dum accessionis tempus expectatur, & corpus & venę sanguine turgẽt, & si a venæ sectione, atq; alui solutione, ad longum interuallum æger sibi tẽperauerit.

Huiꝰ morbi ꝓseruatio.

Cæterum si quando articulorum doloꝝ neq; ardor, neq; rubor concomitetur, & ęger frigida temperie sit, locusque tactu algidus percipitur, inter curationis initia, catapotia maiora de hermodactylis porrigenda sunt.

A crudo humore.

Quorum

Quorum mixtura talis est. Hermodactyli, satyrij, chamæleæ cuiusque drachmæ quinque, hieræ picræ drachmæ decem, cucurbitæ sylvestris, centaurij minoris vtriusque drachmæ quinque, euphorbij drachmæ duæ, turbit drachmæ decem, thapsiæ Indicę, zingiberis, sinapis, piperis, castorei singulorum drachma vna, omnia simul rosarum melle excepta, in catapotia digeruntur, horum pondus a drachmis duabus cum semisse, ad tres datur. Bene mirifice hæc catapotia prosunt, siquidem ægre surgentes ad ambulationem promouent. Epithema ad frigidum pedum articularem morbum, efficax. Styracis liquidæ, castorei, euphorbij, myrrhę, aloës acacię singulorum ęquæ portiones, his vino veteri affuso, formatur epithema. Cæterum dolore se remittente, laboranti calidę aquę ab alto instillatiõe, & olei liliorum inunctione, prospere subuenie mº. Emplastrum preterea ex bdellio molli, styrace, fœnogręco, semĩe lini & ammoniaco pręparatum, vtiliter dolenti parti inducemus. Adaptabimus autem id ad hunc modum

Veratur multi cathollicon exhibere mo. quia non adeo vehemen

663.

dum, ammoniacum cum bdellio vino veteri diluimus, iſſq; linteo aliquo accommodatis, loco inſtar emplaſtri ſuperponemus. Id quidē articulorum vitium, quod in lapideam duritiem occalleſcit, quodq; cola, & articulamenta tophis adimplet, preſentis affectus, de quo iā paulo ante locutus ſum, ſpecies cenſetur. Quare quoq; hoc vitio implicitos a faſtidioſa ciborum repletione, frigidę potu, cibis glutinoſis et craſſis, & crebra tēmulētia, merito arcere cōuenit. At poſtq̄ ſanitati reſtituti fuerint, mediocre exercitiū, preſertim ante cibū illis imperandū eſt, & a venere imprimis ventriculo cibis diſtenſo, ſunt cohibendi. Ad hęc a balneo dulcisaquę abſtinere, & poſt aſſumptos cibos quieſcere conſilium eſt. Potui vero eis vinum merum ac vetus, & ea quę vrinas citāt medicamīa, dū ſani viuūt, porrigēt. Affect⁹ a parte implicita coxēdix apellat⁹, is dicit, q ab oſſe lato et coxēdicis p fœmur ad genua vſq; ptēdit, q; nōnūq̄ etiā in lōgū virgę inſtar, p totū crus dimiſſ⁹ ad ſūmū vſq; pedē p̄rigit. In hoc iraq; affectu, ſi ī tēpie calor pręualet, v[illegible] colera

Tophi arti culorum.

Mala fri. humore p ſeruatio.

Coxēdix.

A ſāguīe.

coloratæ ſint, ſanguis primũ vena cubitum perreptante lateris dolentis pertuſa, ob plethoriã, minuendus eſt, deinde poplitis, aut ea quę exteriorẽ malleolũ perreptat, diriuationis grã ſecta, opẽ fert. Item ea quę ad calidã articularem pedum dolorem inſcripſimus, inducere parti affectę, ſummopere confert. Cæterum ſi ęger frigida temperie fuerit, colorq; exalbidus & aquę ſubter cutem ſimilis, ſubinde raphani decocto, & ſyrupo acido, vomitum iritato. Coxã vero, & fœmur, & tibiam totam oleo in quo caſtoreum, euphorbiũ & ſtyrax lęuigata ſunt, cõtinuo inungito. At ſi coxendicis dolor diuturnus et ſolutu cõtumax fuerit, ægrotãti clyſteres ex muria Nabathææ & nitro præparatos, infundito. Collyriũ quoq; ex cyclamine & ſyluęſtri cucurbita cõfectũ, & raphani & cepę decocto ſolutum, quouſq; locus leniter exulceretur ſuperaccõmodato, quoniam papulis concitatis, affectus ſubinde reſtitui conſueuit. Si vero morbus in vetuſtatẽ inciderit, ſumito ſinapis, & ſtercoris colũbini æquas partes, & eas tritas ficuũ decocto excipito,

A crudo ſucco.

ac

ac in morem emplastri coxendicis regiõi superinducito, ac tantisper dum ex concitatis vesiculis sanies profluat, sinito, & deinde locum aqua calida irrorato. Post hæc diebus aliquot, ægrum a medicaminum vsu immunem reddito, sicq; sanitati nõ restituitur, eandem curandi rationem repetito, ac ita ęgrotanti succurrito. Porro si affectus diuturnus ad multũ tempus exercet, suspicicque sit luxationis capitis fœmoris ex coxendicis cotile, ob viscoli humoris vitiũ, aut si articulus iam luxatus fuerit, ad vstionẽ descendere oportet. Proinde ferreo instrumento instar rotę adaptato, locum circa articulationis latera vrito, & in lati ossis summitatis, ac fœmoris capitis cute, ignito ferro aliam crustam inducito, prioremque ea ratione auge to. Verum huius rei tractationem præsentis libri termini haudquaquam admittunt. Præter aũt oĩa iam comprehensa, dũ valet æger, vomitum sibi familiarem reddet, ac aluum facile respondentẽ, sibi procurabit. Pręterea victus rationem (crasses cibos multãque temulentiam a se arcendo) extenuabit.

Recentiores Græci tres crustas vrũt.

Ad

¶ *Ad incipientem gibbum. Caput. xii.*

Ab humore frigido.

QVum gibbus primũ nasci cœperit, carapotia maiora ex hermodactylis † porrigito, ac subinde olei † liguistici drachmas tres, cum seminum calidorum decocti vncijs tribus, propinato. Ad hæc partem oleo sambucino in quo styrax liquida, castoreum, euphorbium subacta sunt, illinito, & a crassis refrigerantibusq; cibis, ægrum arceto. Præterea aquam calidam, cui mentastrum, sampsuchus & stichas Arabica, seu gallica incocta sint, parti ab alto superfundito, insuper frequentes frictiones, atq; ex calidioribus oleis inunctiones, tentato. Quod si hoc morbo correptus puer fuerit, in calidam insessus, ac ex iam enarratis oleis inunctiones, abunde auxilia abuntur. Verum si nũc primũ nascentem gibbum febris concomitetur, a iam dicta curandi ratione plane est discedendum, & ex herbis infrigidantibus decoctum cũ cassia fistula potui propinandum. Item vena quoq; axillaris pertundenda, atq; emplastra ad dolẽtẽ locũ vsq; vi sua refrigerãdi perreptãtia, affectę parti superaccõmodãda sũt.

† alias balsami.

Ab inflammatione.

De

¶ De uaricibus. Caput. xcii.

SI venę dilatatę & turgidę et varijs orbibus implicatæ viridioresq; in crure conspiciãt, affectus a plerisq; vitis appellatus, cb similitudinẽ quã cũ vitis maioribus ramis ina qualiter distributis habet, hominẽ afficit. Quo morbo multos labores pedibus subire soliti, cibisq; melãcholicũ sanguinẽ coacer uantibus copiose se implẽtes, subinde offẽdũtur. Inter initia itaq; pręsidiorũ venã axillarẽ incidere expedit, ac his quæ bilẽ atrã educũt, quorũ capite de melãcholia meminimus, aluꝰ rectissime subducetur, Et hęc pluries reiterãda sũt, & ab omnibus a gbꝰ melãcholici arcẽtur, omnino præsẽti affectu impliciti, cohibẽdi sunt. Postq; aũt ad dies aliquot præscripta curãdi ratione vsi sumus, sanguinis detractionẽ e venis cruris ĩtumescẽtibꝰ, moliri oportunũ erit, ex q̃bus sãguis manare sinet, tãtisper dũ quidq; in illis collectũ sit, effluxerit. In summa igitur, q; grũ bilem atram euacuantibus vti, venam q; axillarẽ perũdere cõsuerunt, q; inde & ab omnibus melãcholicũ succũ gentiãubus, absumere oppertunũ est.

A crasso et melancholico sangui ne.

Excinderẽtur ĩterdũ varices. vt apud Pau. l. 6. ca. 82.

De

¶ De elephantia. Caput. xciii.

HIc affectus poſtquam penitius radices infixerit, nunquam curationem admittit. At ſi recens adhuc malum eſt, & manū quis ei recte adhibet, eoque quo debet modo, præſidia applicet, reſtituitur, aut ſaltem ne inualeſcat augeatur q́, illi proſpicitur. Quando ítaq́ crura intumeſcunt, totuſq́ habitus atro colore ſuffunditur, & venæ quas varices appellant apparent, frequentem vomitū imperare conducit, ſimiliter quoq́ a nimia obambulatione, & a recto corporis ſtatu abſtinere cõfert. Præterea venter ſecundū vomitū, catapotijs maioribus ex hermodactylis ducendus eſt, & deinde vomitus reiterandus. Hęc namq́ ſubinde repetita iuuant, & æger a craſſorum eſu, vtiliter arcetur. Item tibiam totam ligatura intercipere conuenit, idq́ vinculo prius in calcaneum iniecto, atq́ ita ſurſum ad genu deducto. Verum ante ligationē, epithemata ex aloë, myrrha, acacia, hypociſtide, & alumine, ſimul omnibus in aceto acri detritis, præparata, cruri admouere ex vſu eſt. Venam quoq́ interiorem cubiti ſi

ti si res expostulauerit, manus oppositæ in cidere oportet. Caueat etiam ne rectus stet, nisi vniuerso crure exactissime deligato, & nulla ratione ab huiuscemodi epithematum vsu, abstineat. Item vomitu quoque idonei bem vtatur. Quod si æger statim a vomitu quietem petat, is brassicarum seminibus, stichade Arabica, sarmentorum cinere, lupinis, nitro, caprino stercore, fœnograci farina, simul in salita aqua decoctis, euaporandus est. Præterea vno atq; altero die ex lixinio fotus, optime facit, nam hoc propositi affectus, præcipuam partem discutit, aut saltem illum leniorem mitioremq; efficit.

¶ *De lumborum rubore, seu exulceratione.*

Caput. xciiii.

CVm quispiam diutius supinus dorso incumbit renum regio rubet, vnde & † parua, vlcuscula nonnunquam eueniunt. † lias, rhagas. Quando itaque rubor intendi conspicitur, milium, aut panicum, aut salicis folia substernenda sunt, ægerq; frequenter ab incubitu subleuandus est. Ac hæc loca rubentia aqua rosacea niue refrigerata, irrorare eueni

O lareq;

sareque conditur. Venam calorem reconquiescentem, pituita Arabus abi bran dficuum ex aqua rosacea, camphora & alijs gbusdam refrigerantibus succis preparatum, veluti capite de phlegmone descriptum est, summa utilitate superaccommodabitur.

l.1.7.ad Almā.ca. 20.

Vel succus plumbi, supra ad vlcera sciſſuras inscriptus, vtiliter loco indicetur. Iam si papulæ atque exulcerationes oboriantur, vnguento quod cerussa constat circa mlita, restituentur.

¶ *De doloribus extremarum, summarumue partium.* Caput. xcv.

DVm dolor aliquis, manum aut pedē exercet, ager interrogandus est, an is illi ex ictu, vel incidente quopiam corpore, vel diuturno in partem innixu, vel alia quacumq; manifesta causa euenerit. Quoniam si eius doloris externa causa antea non fuerit, affectum locum insueti coloris an naturali licet exteris partibus plus minusue rubeat, siquidem si vniuerso corpore magis rubore suffusus fuerit, præsidia phlegmoni dicata ex vsu erunt. At si neq; calidior, neq; sanguinolentior

lentior percipiatur, sed si indies liuescat exic ceturque, aquam calidam ab alto illi instillare confert. Item cera oleo macerata, inuncta, & tantisper dum conquieuerit dolor, in parte relicta, subsidium præstat. Cæterum si pars subtumida, manuum tactui subfrigidam temperiem referat, subinde eam infricare expedit, ac aquam calidam in qua sampsuchus, chamęmelum & stichas Arabica ebulierint, parti infundere, vti iam diximus, vtile putatur. Dehinc oleo & lutea rum violarum, quæ antiquis parietibus innascuntur, locus irrorabitur. At æger victus rationem extenuabit, multoque exercitio vtetur. Item in laconicum primam balnei domum, vt sudorem procuccet, vtiliter ingredietur. Verũ si hæc inualida fuerint, aluus seroſum succum expurgantibus remedijs, ducenda est. Pars præterea si tactu frigida experiatur, primum fricanda est, deinde oleo costino, & sambucino, & oleo glandis vnguentarię, & his viribus paribus, modicoq; inferuefactis, circumlinetur. At si hęc quoq; inefficacia fuerint, vnguentis, capite

Li
Alma
10;

& Offi
næ chei
vorant.

PARA. IN NONVM
de neruorum resolutione compræhensis, do-
nec probe omni molestia æger libe-
retur, inter vrgendū
vtemur.

FINIS Paraphrascos in nonum Rha-
zę ad Regem Almansorem, de affectuū sin
gularum corporis partium curatione,
per Andream Vesalium
Bruxellensem.

ANDREAS WESALIVS
Bruxellensis Candido lectori S. D.

VEreor Optime lector, undecumque delicatioribus auribus satisfactum non esse, quum interdum in hac nostra paraphrasi uoces quasdam ab omnibus & fere omnibus nostri temporis Medicis in medendi usu tritas reliquerim, quæ tamen nec uere latinæ dici possint, nec ab eruditis, in latina lingua scriptoribus (Plinium dico, Celsum, Largum, Varronem & Columellam) receptæ sint. Quare te hac succincta & extemporanea epistola admonendum duxi, non id ubique, sed interdum & necessario factum, nimirum in quibusdam simplicium medicaminum Græcis illisque autoribus incognitis nominibus, & aliquibus compositorum medicaminum formulis, cuiusmodi sunt, myrobalanorum Arabibus usurpatarum genera, tamarindi, camphora, iuleb, syrupus, electuarium, aliaque (si quæ reperiantur) similia. Quidquid tandem sit, nullam omnino eius generis relictam existimo, quam nõ alicubi in libri marginibus, quibus interdum lectori consulere statui, aut orationis serie, prout res postulare uidebatur, explicauerim, meumq; quid de ea sentirẽ iudiciũ ad scripserim. Neque uero me fugit esse nonnullas, quæ latine quidem

quidem græceue exprimi potuissent. Sed quoniã autores de his parũ inter se consentire uiderentur, satius putaui, eas quoque quales reperissẽ, relinquere. Talia sunt, turbit, spodium, & si quæ ijs sunt cognatæ dictiones, quas tamẽ omnes huiuscemodi fere nota ☽ uel semel saltem signari curauimus. Præter quam, & hasce ⊢ ⊣ in ipso contextu dictionisque serie collocatas reperies, ut nimirum intelligas, quod quidquid his includitur, id Rhaζæ omnino non sit. Quanquam nec omnia, quæ paraphrastica libertate interieci, his statim quoque characteribus ceu terminis intercipienda duximus, at ea duntaxat, in quibus, aut propter prolixitatem, aut nouam inuentionem, a morosiori quopiam petulãtioriſque linguæ incusari possem. Licet & id rarius, quum paraphrasles, nõ autem interpretis officium insecutus sim. Vale candidissime lector, & hunc nostrum laborem, quem primus inter eos qui aliquid posteris in medicina reliquerunt subi ui, bene consule.

Anno. 1537.
Men. Mar.

ELENCHVS SIVE INDEX
breuis eorum, quæ capitibus
singulis huius libri
continentur.

1. De capitis dolore. fo. 4.
2. De uertigine, quam Græci σκότωμα uocant. fo. 8.
3. De phrenitide. fo. 9.
4. De apoplexia. fo. 10.
5. De lethargo. fo. 12.
6. De congelatis, quibus semper oculi inconniuentes manent. fo 12.
7. De neruorum resolutione, quæ παράλυσις dicitur. fo. eodem.
8. De stupore & tremore. fo. 14.
9. De oris distortione. fo. 15.
10. De conuulsione, quam σπασμὸν Græci uocant. fo. eodem.
11. De morbo comitiali ἐπιληπτίκα dicto. fo. 15.
12. De incubone, qui affectus ἐφιάλτης Græcis dicitur. fo. 18.
13. De melancholia. fo. 19.
14. De distillatione, raucitate, & grauedine. folio. 38.

ELENCHVS

15. De lippitudine, quæ ὀφθαλμία Græcis uocatur. fo. 24.
16. De oculorum ulceribus. fo. 26.
17. Ad ea quæ oculis incidunt educenda. fo. 28.
18. De albugine oculo innata. fo. eodē.
19. De scabritie & tunicula. fo. 29.
20. Ad maiorum angulorum carunculas pruritu uexatas. fo eodē.
21. De ungui oculorum, quod πτερυγίον Græcis uocatur. fo. 30.
22. De uibice, ac cruentis suffusionibus exictu, aliaue causa. fo. 31.
23. Ad lachrymas. fo. eodē.
24. De uisus debilitate. fo. eodē.
25. Ad palpebrarum tumorem, Græcis χέμοσιν appellant. fo. 32.
26. Ad palpebrarum pilos, oculos iritantes. fo. eod.
27. De suffusiōe, siue humorū in oculū affluxu. fo eod.
29. Ad nocturnam cæcitudinem, quæ νυκταλωψ Græcis dicitur. fo. 34.
29. De dilatatione pupillæ. fo. eodem.
30. De fistulis maioribus oculi angulis accidentibus. fo. 35.
31. De aurium dolore. fo. 36.

CAPITVM.

32. De auris ulcere. fo.37.
33. De sonitu & tinnitu aurium. fo.eod.
34. Ad grauem auditum. fo. 38.
35. Ad aurium uermes, & animalcula auditus meatum irrepentia. fo.38.
36. Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt euellenda. fo.eodē.
37. Ad sanguinem e naribus erumpentem. fo.eodē.
38. Ad narium crustas & ulcera. fo.40.
39. De polypo & sarcomate. fo.eodē.
40. De oblæsa olfaciendi facultate. fo. 41.
41. De dentium & gingiuarum dolore. fo.42.
42. Medicamenta eradicantia & confringentia dentes. fo. 43.
43. Ad refrictionem & stuporem dentium. fo.44.
44. Ad dentes, qui frigidi cōtactu indolescūt. fo.eod.
45. De linguæ orisq; superficiarijs ulceribus. fo.eod.
46. De gingiuis sanguine humentibus. fo.45.
47. De laxatione procidentiaue gargarionis. fo.eod.
48. De hirudinibus gutturi incidentibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus. fo. 46.
49. De his quæ in os, seu œsophagum prolabuntur. fo.eodem.
50. Ad oblæsum linguæ sensum & motum, ac deficientem

tem

tem morum. fo.47.
51. Ad linguam in nimiam molem intumescentem. fo.48.
52. De tumore sub lingua enato, qui ranula dicitur. fo. eodē.
53. Ad pustulas ac tumores linguæ. fo. eodē.
54. De angina. folio eodem.
55. De tussi. fo.49.
56. De difficultate spirandi, quam Græci δύσπνοιαν appellant. fo.51.
57. De laterali dolore, qui πλευρίτις Græcis dicitur. fo. eodē.
58 De pulmonum inflammatione, quæ περιπνευμονία Græcis dicitur. fo.53.
59. De cruentis ac purulentis expurgationibus. folio eodem.
60. De tabe, quæ φθίσις Græcis dicitur. fo 55.
61. De cordis palpitatione. folio eodem.
62. De cholera morbo. fo. 56.
63. De ventriculi imbecillitate. fo. 58.
64. De oris ventriculi dolore, ac inflammatione. folio .61.
65. De singultu. fo.64.
66. De canino appetitu. fo. 65.

CAPITVM.

67. De *iocinoris dolore.* *folio eodē.*

68. De *morbo regio, qui ἴκτερος Græcis dicitur.* *fo.67.*

69. De *aqua inter cutem, quæ ὕδρωψ Græcis dicitur.* *fo.68.*

70. De *lienis dolore.* *fo.70.*

71. De *morbis inteſtini plenioris & tenuioris, hic εἴλεος, ille κώλικος Græcis dicitur.* *fo.71.*

72. De *uentris profluuio.* *fo.76.*

73. De *urinæ difficultate.* *folio.81.*

74. De *renum & ueſicæ calculo.* *fo.83.*

75. De *renum & ueſicæ inflammatione.* *fo.85.*

76. De *urinæ ardore.* *fo.86.*

77. Ad *ſanguinem & pus mingentes.* *folio eodem.*

78. De *his qui inuiti urinam reddunt.* *folio.87.*

79. De *lumbricis in ano ac uentre natis.* *fol.89.*

80. De *hæmorrhoidibus, ſciſſuris, & fiſtulis ani.* *folio eodem,*

81. Ad *procidentiam ani & uuluæ.* *fol.93.*

82. Ad *menſes confertim erumpētes.* *fol.94.*

83. Ad *ſuppreſſos menſes ciēdos.* *fol. eod.*

84. De *uuluæ ſciſſuris.* *folio.95.*

85. De *uuluæ inflammatione.* *fo.eodem.*

86. De *uulue ſtrangulatu.* *fo.96.*

ELENCHVS CAPITVM.

87. De *mola uteri.* fo.97.
88. De *ramicum generibus.* fo.93.
89. De *podagra, reliquisque articularijs morbis.* folio .99.
91. Ad *incipietem gibbum.* fo 103.
92. De *uaricibus.* fo 104.
93. De *elephantia.* fo eodē.
94. De *lumborum rubore, seu exulceratione.* folio. 105.
95. De *doloribus extremarum, summarumue partium,* fo.eodem.

FINIS.

ERRATA.

Folio. 2. pa. 1, verſ. 7. tijs. 6. 2. 24. ſpecies. 14. 2. 6.
hæc ſimul. 16. 2. comitio. 17. 2. 15. malleo. 17. 2.
19. aceto. 22. 1. 16. myroba. 23. 1. 9. decem. 24.
24. 2. 16. rum, ta. 26. 2. 14. vlceris curatio. 27. 1. 11.
accommo. 31. 1. hyſſo. 32. 2. 3. afflux. 33. 1. 13. men.
37. 1. 1. cet) ægrotantem intra. 40. 10. rium
efficacius tra. & 16. hypo. 2. linea. 14. in margine, Ex
pitui a. 47. deglu. 49. carica. 52. xſ. 53. 2. 18. ſtrat. 1
21. 57. 18. abiici. 22. Quod ſi. 64. rute 67. 1. maticum. &
26. ſemiſſ. 76. ribes. 95. Quare. 86. ſyrupi. 93. collyr.

Ad reliqua leuioris momenti lector.
pius facile conniuebit.